et corde totus ardeo. Hic amor ardet iugiter: dulcescit mirabiliter: sapit delectabiliter delectat et feliciter Hic amor missus celitus heret mihi medullitus: mentem ascēdit penitus: hic delectatur spiritus. O beatū incendium: o ardens desiderium: o dulce refrigerium: amare dei filium. Jesus cū sic diligitur: hic amor nō extinguitur nec tepescit nec moritur: plus crescit cum accenditur. Jesu flos matris virginis: amor nostre dulcedinis: tibi laus honor numinis: regnum beatitudinis: Ueni veni rex optime: pater imēse glorie: effulge clare letius: iam expectatus sepius Jesus sole serenior et balsamo suavior: oī dulcore dulcior p̄ cunctis amabilior. Cuius amor sic afficit: odorq; sic me reficit: in quem mens mea deficit: solus amāti sufficit. Tu mentis delectatio: amoris ↄsummatio: tu mea gloriatio: iesu mundi salvatio. Mi dilecte revertere: consors paterne dextere: hostem vicisti prospere: iā celi regno fruere. Sequar quocunq; ieris: mihi tolli non poteris: cum meum cor abstuleris: Jesu laus nostri generis. Celi cives occurrite: portas vestras attollite triūphatori dicite: salve iesu rex inclyte. Rex virtutum rex glorie: rex insignis victorie: Jesu largitor gratie: honor celestis curie. Te celi chorus predicat: et tuas laudes replicat. Jesus orbē letificat: et nos deo pacificat. Jesus in pace imperat: et omnem sensum superat: hunc mea mens desiderat: et eo frui p̄perat. Jesus ad patrem rediit: celeste regnum subiit: cor meum a me transiit: simul post eum abiit. Quem p̄sequamur laudibus: hymnis votis et p̄cibus: ut nos donet celestibus: cum ipso frui sedibus Amen.

¶ Item alia oratio ad sctām cōionē dicēda: plurima devota.

Rogo te iesu christe fili dei per gloriā tue sanctissime passionis ut hodie introducas animam meam in cellam tue dulcissime dilectionis. Et oīa ipedimēta eiiciens: fac me iteresse gaudio et silētio mutue ↄiunctionis: ut cum plena charitate possim ↄfrui dulcedine tue

optate cõsolatõis. Ueni pater orphanorum fidelissime. Ueni ꝯsolator oĩum miserorum dulcissime: ꝓpina mihi talẽ potum de cellarijs vulnerũ tuorũ: per quem oĩa viscera mea sentiant te immemorem eẽ oĩum delictorum meorum. Rogo te dñe Jesu xp̃e per sanguinẽ tuum preciosum: quem tu volnntarie effudisti i cruce ĩ tua passione: vt hodie perfundas cor meũ ⁊ aĩam meã tua sancta benedictiõe: ⁊ facias me corpus tuum sanctissimũ ⁊ sanguinem tuuʒ p̃ciosissimum percipere cũ tali deuotione: vt eternaliter merear gaudere ĩ tui dulcissimi vultus cõtemplatione. Ueni fons misericordie: veni ꝯsolator optime: mũda hospitiuʒ aĩe mee. Non eniʒ fas est ibi aliquid ĩmũditie eẽ vbi tu regnatur⁹ es rex ⁊ spõsus virginalis pudicitie. Filie hierusalem: nũciate dilecto. qꝛ oĩum peccatorũ meorũ emẽdationẽ iam spondeo perpetratõeʒ toto corde meo emẽdare desidero: quia sine illo nullatenus viuere volo nec valeo. Rogo te domĩe Jesu xp̃e per quinqꝫ vulnera tua vt hodie digneris aĩaʒ meã lauare et dealbare in vnda tui sanctissimi sanguinis: vt lʒ nõ sim dignus vocari vn⁹ de tuis minimis: tu tamẽ tã potens es ⁊ taʒ mificors: q̇ me ascribere tuis caris ⁊ dilectis possis. Ueni amicorũ fidelisamice: veni dulcis cõuiua peccatorum penitentium. Fac animã meã epulari in azimis vulneruʒ ⁊ mẽbrorum tuoruʒ foraminib⁹: vt eternaliter merear lucere ⁊ gaudere in ꝯspectu oculorum tuorum. Rogo te domine iesu xp̃e per sanctissimas cicatrices corporis tui: vt cito venias ⁊ dirũpas omnium peccatoruʒ meoꝛ vincula ⁊ extinguas hodie mea vitia vt nec scintillaʒ vnius delicti possit mihi ĩ meo fine obijcere diabolica malicia. veni medicina aĩaruʒ: veni piscina oĩum gratiaruʒ. Et sicut ĩ pascali nocte tuos captiuos eduxisti de locis penarum: ita libera hodie animã meam de vinculis ⁊ neribus oĩum miseriaꝝ. Filie hierusalem nũciate dilecto: qꝛ thalamũ cordis mei iam p̄paro: ⁊ qꝛ sine illo nullatenus viuere volo nec valeo: Rogo te dñe Jesu xp̃e per tui sanctissimi passioneʒ: vt

hodie super candellarū ani me mee pōas tui dulcissimi corporis candelā: vt accen-dat tui preciosissimi sanguinis flāmam: vt sicut quōdā tuis sanctissimis manibus nō despexisti tangere ⁊ sanare mundissimā leprā: ita nō deseras oibus virtutibus ⁊ membris perungere ⁊ sanare vulneratā animam meā Ueni refugium pauperum: veni vnica salus mea: ⁊ perfice mei cordis desiderium. Tibi enim letus possū ostēdere acerbitatem vulnerū meorum: qz tuipse sensisti ⁊ sustinuisti dolorē ⁊ amaritudinem vulnerum. Rogo te domine iesu xp̄e per gloriā tue passionis: vt accēdas in corde meo ignē tue dilectionis: ⁊ non finas me seperari de gaudio tue cōtemplationis: qz magis optas vitā q̄z mortem peccatorum. Ueni mundi gloria veni celorum gaudium: qz tibi aperta est cordis mei ianua. Ecce expectant ⁊ desiderant te omnia viscera: quia tota salus ⁊ vita mea pendet in tua misericordia. Rogo te domine iesu christe per vulnera: que ptulisti in tuis sanctissimis manibus: vt hodie digneris animam meā mundare de omnium viciorum sordibus: ⁊ digneris respergere omniū virtutum floribus ⁊ folijs: vt tu rex regū in ea igrediens talem odorē sentias: q eternaliter redoleat: in tuis gaudijs ⁊ desiderijs. Ueni sol iusticie: veni stella matutina: illumina tenebras anime mee: tu qui solus potes iustum ⁊ sanctum de peccatore facere: qa tibi nihil est impossibile: qñ et oēs presumentes de te possunt saluari: ⁊ in te sperātes nūquam vis derelinquere. Rogo te dñe iesu xp̄e p vulnera ⁊ per vestigia pedū tuorum vt dum hodie ad suspirandum aperiā cor meū: tu aperias mihi tui iecundissi-cordis paradisum et celum: ⁊ facias sic animā meā intrare in te dulcissimum iesum: vt in tuo dulcissimo amore floreat ⁊ crescat et pmaneat nūc in euū. Ueni illuminator cordium: et illumina animam meam: veni ⁊ restitue mihi oēm tuā gratiā: vt tibi possī securi⁹ enarrare meā miseriā: qui non me minus diligis q̄z tuā carnē ⁊ tuam propriam animā. Filie hierusalē nunciate dilecto: qz

amore eius langueo: ꝛ nulla
tenꝰ sine illo eē volo nec va-
leo. Rogo te dñe iesu chri-
ste ꝑ vulnus tuū sanctissimi
lateris: vt hodie ponas ī cor
meum tui preciosissimi san-
guinis ꝛ corporis scalā ꝛ fa-
cias animā meā per ipsam
ascendere cum sanctis ange
lis: vt possit misericordiam
tuā inuenire ꝛ querere ī sin-
gulis articulis mēbrorū tuo
rū. Ueni eterni solis radiꝰ:
veni redemptor meꝰ ꝛ libe-
ra me de oībus tribulationi
bus meis. Ecce enim sum de
spectus ꝛ ꝓiectus ab omni-
bus cordibus: ꝛ ibi sum soli
de relictus: qꝛ tu me nunꝙ̄
despexisti: sed semper dilexi
sti totis medullis et visceri-
bus. Filie hierusalē nuncia
te dilecto: qꝛ morā aduen-
tus eiꝰ diutiꝰ ferre nequeo:
ꝛ quia sine illo viuere nolo.
nec valeo. Rogo te domine
iesu christe per guttas san-
guinis tui: vt hodie produ-
cas de corde meo et oculis
meis fontem lachrymarū ꝛ
penitentie. et emundes aīaꝫ
meam ab oībus peccatis ꝛ
miseriis: ꝛ facias me nunc ꝛ
semper: ꝛ in ora mortis tam
mundū ꝛ decorum apparere
coram te sicut fui ante cōfir-
mationē mundi: ꝛ in tua vo
lūtate semper perseuerare.
Ueni lux pennis: veni abys
sus dulcedinis: qꝛ nullū in
te sperantē spernis nec re-
pellis. Ecce iam tempus est
vt animam meā corones vir
tutum ornamētis: qꝛ hodie
festa leticie celebrabitī tuis
vulneribus ꝛ in tuis mem-
bris. Rogo te domine Jesu
xp̄e per amarissimas lachry
mas tuas: quibus perfunde
baris ꝑ mea salute. vt facias
me hodie tibi propinare om
nem deuotionem ꝛ charita-
tem quam in tuo eterno de-
siderio sitiuit tuus eternus
affectus: ꝛ inuoluas in syn-
done anime mee tuum pre-
ciosissimum corpus: quod
de virginali vtero pro me as
sumpsisti: ꝛ laua animā meā
in tuo sanguine: ꝛ extingue
omnia peccata que in cruce
amarissime defleuisti. Ueni
electus ex milibus: veni de-
cor ꝛ decus: ꝛ honor paterne
glorie: qui mihi pre cunctis
es propitius ꝛ primus. Nō
enim decet vt mihi tuam cō
solationem diutius subtra-
bas: quia anima mea quam
diligis impugnatur demo-
num artibus: ideo aduentū
tuum toto corde desideratt

Rogo te domine Jesu chri ste per omnes dolores τ affli ctiões quas sustinuisti ĩ tua humanitate trigĩta tribus ãnis: vt tuã ineffabilẽ miaȝ τ meam multiphariam mi seriã in statera digneris põ derare. Et quantum vides tuam bonitatem meam ma liciam mensura et grauitate superare: tantum stude tuaȝ ineffabilem gloriam et mise ricordiã in me misero pecca tore eternaliter magnificar: Ueni virtutum seminator: veni toti⁹ salutis τ suauita tis reparator. Ecce anima mea quam diligis infirma tur: τ non potest conualesce re nisi tu sis eius fidelis me dicus: quem toto desiderio querit: τ postulat: qꝛ moram tui aduentus diutius ferre nõ potest. Filie hierusalem nunciate dilecto: qꝛ multuȝ desidero vt animam meam consol[illegible]ur sui ꝓprii oris col loquio: qꝛ sine illo nullaten⁹ viuere volo nec valeo. Ro go te domĩe iesu christe per tuam paschalẽ victoriaȝ: vt sicut tu pendẽs in cruce nul lam tui sanguinis in te tenui sti guttaȝ: ita hodie nullius permittas in me permanere pcti maculam: sed facias me corpus et sanguinem tuum preciosuȝ ita sumere: vt per ipsum merear proficere de gratia in gratiam: vt in tua visione merear ascẽdere de gloria in gloriam. Ueni ve ra mundi salus: veni virgi nis filius et virginum coro na: impone langueñti anime mee tuas paternas man⁹ et sanctas. Quis enim potest mihi ita paterne τ misericor diter operari: vel quis ẽ ad omnem salutem meam ita paratus sicut tu qui cunctis amaritudinibus pro me es inebriatus. Ideo multũ de siderat misera anima mea vt osculetur ꝓprij oris tui oscu lo dulcissimo. Rogo te do mine Jesu christe dulcissime per tuam gloriosam resurre ctioneȝ: vt hodie extinguas in corde meo omnem noci uam τ malam dilectionem: τ nõ sinas me hic habere vl lam terrenam consolationẽ: vt in tuo amore dulcissimo possim habere plenã licẽtiã τ assiduaȝ dilectionẽ. Ueni amoris sagitta. veni laus et gł'ia celestis palatij: veni cu ius visceribˀ mea memoria est inscripta. Quis dignius vel fidelius delebit oĩa mea delicta: qȝ tu: cui sola anima

mea est derelicta. ideo mul-
tum ex toto corde meo desi-
derat anima mea vt proprij
oris tui colloquio cósoletur
dulcissimo. O iesu amabi-
lis. o laude plus laudabilis.
o gaudiú mellifluuz. o amor
cordis irriguus. totus desi-
derabilis: frui fac me tu dul
cedine iesu hic et in eterna
beatitudine per infinita se-
culorum secula amen.

¶ Oratio post sanctam cō-
munionem.

Benedictus es potentis-
sime domine iesu chri-
ste rex eterne glorie, pmissor
et largitor sempiterne beati-
tudinis: qui d̄ vtero matris
mee cum integris membris
et sensibus conduxisti: et ho-
die de omnibus membris et
vulneribus tui sanctissimi
corporis nouam et singularé
gratiam mihi dulciter et lar
giter infudisti. Benedictus
es sanctissime deus: qui me
ad imaginé et similitudinem
tuā creasti: omnibus virtu-
tibus decorasti: et hodie per
corpus et sanguiné tuū deco
re imaginis tue misericor-
diter illustrasti: et omnes vir
tutes tuas in me miserabi-
lius rescripsisti et reformasti
Benedictus es clementissi-
me de⁹: qui me in lauachro
baptizans tibi celesti spon-
so desponsare voluisti et ho
die corpus et sanguinez tuuz
ad donuz noue desponsatio
nis et consūmationis legiti
me tue dilectionis cōtulisti.
Bñdictus es largissime de
us: qui ab īfantia mea vsq̧
in hanc horam innumerabi
lia beneficia et inexplicabi-
lia dona mihi cōtulisti. et ho
die corpus et sanguinem tuū
mihi ad augmentum et con-
solationé omnium donoruz
et beneficiorū tuorum tradi
disti. Benedictus es mitis-
sime de⁹: qui in oī fidelitate
mea et in oībus pctis meis
patienter tolerando vsq̧ in
hanc horam vitam meaz di-
stulisti: et in hac felicissima
hora per corpus et sanguiné
omnia peccata mea obliuio
ni perpetue tradidisti: et me
in memoriam tui cordis feli
cissimi: et in omnia [illegible] viscera
misericordie tue feliciter de
scripsisti. benedictus es no-
bilissime de⁹ qui me a mul-
tis peccatis et miserijs custo
disti: et de⁹ illis in quas in-
cideram misericorditer li-
berasti: et hodie per corpus
et sanguinem tuum omnem
donationem meam et sal-

nationē misericorditer conuertisti. Bñdictus es dona. tissime deus q me a vanitate seculi z de consolatiōe oīuz parētū meoꝝ eduxisti: z hodie p corpus z sanguinē tuū satiasti: z ictōꝝ tuoꝝ amicitie misericorditer ꝯiunxisti. Bñdictus es pijssime deus q mihi in omni tentatione z tribulatione pia consolatione semp astitisti: z oia desideria mea: z oēs labores me os tuo patri in tuis vulneribus ostēdisti z obtulisti. z p̄ cioso corpore z sanguine tuo misericorditer me satiasti: eternāq3 mercedē z consolationē mihi cōparasti z acqsisti. Bñdicat te clementissima: pijssima: mi̇ficordissima z dulcissima mater tua virgo maria: q ip sum corpus z sanguinē qd ď suo vtero virginali suscepisti: mihi hodie ad eternū remediū contulisti: z p ipsum me consortē z conciuē omniū sanctoꝝ tuoꝝ fecisti. Bñdicant te oēs angeli: archangeli: throni: principatus: dominationes potestates: virtutes: cherubin: seraphin: z oēs scti tui: q ipsis nouū gaudiuz z dulce conuiuiū de mea salute fecisti. Et te eterne vite speculuz in quo oī hora oēs sancti desiderant ꝓspicere cū omni fidelitate tua hodie desiderio meo tribuisti. Bñdicant te oēs sancti p̄iarche z ꝓphete tui: q tu creator celi z terre ī āgustia cordis mei hodie qescere voluisti. z oia iteriora mea rore tue largissime bñdictionis copiose ꝑfudisti. Bñdicant te oēs sci apostoli z euangeliste tui: q hodie cū anima mea cenare voluisti: z dulcē mansionez apud me faciēs vsq3 in finez vite mee mecū ꝑmanere disposuisti. Bñdicant te oēs sancti martyres z confessores tui: q meam miserā animaz in amplexus p̄ne misericordie tue hodie suscepisti stolam: ānuluz z oia ornamēta virtutū de tua misericordia mihi contulisti z reddidisti. Bñdicāt te oēs sancte virgines tue: q virgineum corpus tuuz tanq3 rosam in aīam meam plantare voluisti: z eā flores virtutū z fructus gratiaꝝ de tuis mēbris z vulneribus cape z collige re voluisti z fecisti. Bñdicat te multitudo continētiū: viduarū: z penitētiū: q tu languētū medicus benignissime cū omni mi̇ficordia tua

hospitiũ mei cordis introi- stí: ⁊ oĩa vulnera anime mee medicaméto corporis ⁊ san- guinis tui hodie pungendo eterne saluti tue restituisti. Bñdicãt te celi ⁊ omnis la- us ⁊ iubilus celoꝝ: ꝙ hodie mĩse anime mee celos vul- nerum tuoꝝ apuisti. ⁊ eam ĩ te verum paradisum sempi- terne iocunditatis ⁊ felicita tis ĩtroduxisti. Bñdicat te terra terrarumqꝫ plenitudo ꝙ me hodie de homine an- gelum: de terra celũ fecisti: verum tu solus dignatus es mihi dominari ⁊ mihi mise- reri: qꝛ tuo ꝑcioso sanguine me redemisti. Benedicat te mare ⁊ omnia q̃ ĩ eo sunt: ꝙ virtuté gratiarum ⁊ omniũ bonoꝝ in te participem me fecisti: ⁊ ꝙ nunq̃ potes aut vis derelinquere: qꝛ vincu- lo corporis ⁊ sanguinis tui ĩ- diuisibiliter me tibi hodie cõnexisti: ⁊ omnia bona mi- hi confers ⁊ nunciasti. Ecce anima mea hodie in thala- mo amoris tui virgineo flo- ri sociata. Rogo te ꝑ quinqꝫ vulnera tua: ꝑ sanguinẽ: ꝑ sudorẽ: per angustias: per la chrymas: ꝑ omnes afflictio nes ⁊ dolores cordis ⁊ cor- poris tui: ꝑ sanctã passioné tuam ⁊ amarissimam mortẽ tuam: vt animam meã ⁊ om nia viscera mea tua benedi- ctione ⁊ tua dulcissima dile- ctione ꝑfundas ⁊ repleas: ⁊ vsqꝫ in finẽ vite mee mecũ ꝑmanẽdo conserues illã gra tiam ⁊ illã mundiciã: quam mihi contulit ⁊ restituit tua incõꝑrehensibilis bonitas: ⁊ nunc deꝑcor te o dulcissi- me Jesu: vt fructuosũ ĩ me facias tuũ aduẽtũ: ⁊ liberes me in hac hora ⁊ ĩ omnibus diebus vite mee de omni no cibili tentatione: ⁊ tibi con- nectes me: ⁊ oĩa opa mea ⁊ desideria: vt nũq̃ possim se- parari de tua misericordia ⁊ de tua dulcissima dilectio- ne: ⁊ clarissima visione pul- cherrimi vultus tui: vt me- rear in te florere ⁊ regnare nunc ⁊ in ꝑpetuum. Amen.

¶ Jtẽ oĩo post scãm cõionẽ.

Gratias nũc oro dulcissime de⁹: vt hoc dulcissimũ sacramẽtũ sit mihi oĩuꝫ pec- catoꝝ meoꝝ efficacissimum medicamẽtũ: sit mihi charis sime deus hoc dulcissimũ sa cramẽtũ: oĩs virtutis ⁊ gra- tie virtuosissimũ cõplemen- tum. Sit mihi benignissime deus hoc suauissimũ sacra- mẽtũ tã ĩ vita q̃ ĩ morte cõ

tra oīa p̄icula validissimum sustentamētuȝ. Mi dn̄e deꝰ te dep̄cor p̄ scām eucharistiam vt a peccatis mūdatus: meritis fecundatus: fine bono consūmatus: tecū sim fine beatus. Dep̄cor te amantissime iesus p̄ omnibus mihi confessis: p̄ omnibus familiaribus: ⁊ p̄ omnibꝰ bn̄factoribus meis: vt p̄ adiutricē huius sacramēti virtutē adiuues ⁊ dirigas eos ad eternā salutē. Dep̄cor te mi domine iesu xp̄e p̄ omnibus mihi in orationibus cōmissis vt p̄ confirmatricē huius sacramēti virtutē confirmes ⁊ munias eos ad eternā salutem. Dep̄cor te benignissime deus p̄ peccatoribꝰ vniuersis: vt p̄ reparatricē huiꝰ sacramēti virtutē repares ⁊ confirmes eos ad eternā salutē. Dep̄cor te mi domine iesu xp̄e p̄ro oībus fidelibus defunctis: vt p̄ liberatriceȝ huius sacramenti virtutem liberes eos ⁊ perducas eos ad eternam saluteȝ. Amen.

¶ Item post cōmunionem sanctam imediate dicenda.

Anima christi sanctifica me. Corpus christi salua me. Sanguis christi inebria me. Aqua lateris christi laua me. Passio xp̄i cōforta me. Bone iesu exaudi me In vulneribꝰ tuis abscōde me. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis mee voca me. protege me. pone me iuxta te: vt cum sanctis angelis tuis in secula seculorum laudem te. Amen.

¶ Postmodum dic illam. Hec sunt cōuiuia. que superius ponitur ⁊ consequēter alias ad placitum. Et notandum q̄ quicunq̄ deuote dixerit orationem illam habebit tria milia dierum indulgentiarum criminaliuȝ peccatoꝝ ⁊ viginti milia dieruȝ venialium a domino Ioanne papa vigesimosecundo.

¶ Iteȝ alia oratio ante sanctam cōmunionem dicenda quando statim vis cōicare.

Domine deus meus nō sum dignus vt intres sub tectū meuȝ: sȝ cōfisus de tua pietate ⁊ clemētia: accedo ad sacramētū corporis ⁊ sanguinis vnigeniti filii tui domini nostri iesu xp̄i. Accedo inquā sicut īfirmus ad medicū vite. Immūdus ad fontem misericordie. Cecus ad lumen claritatis eterne. Egenus ad dn̄m celi ⁊ terre: Nudus ad regeȝ glorie:

Ouis ad pastorē: Figmētū3 ad suū creatorē: Desolatus ad piū cōsolatorē: Reus ad dei ꝛ hominum mediatorē: Miser ad misericordē: Criminosus ad indulgentie largitorē: Mortuus ad viuificatorē: Impius ad iustificatorē: Induratus ad gratie infusorē: Rogans immēse maiestatis tue abūdantiā: quatenus meam digneris sanare infirmitatē: lauare sedītē. Illuminare cecitatē: Ditare paupertatē: Uestire nuditatē: Reducere erroneū: Consolari desolatū: Reconciliare reū: Dare misericordiā misero: Indulgētia3 criminoso: Uitā mortuo. Justificationē impio: Unctione3 gratie indurato. vt te pane3 angelorū regē regū dn̄m dominantiū tractare ꝛ suscipere merear ea corporis castitate ꝛ animi puritate: ea cordis contritione: ꝛ lachrymaru3 fonte: ea leticia spirituali ꝛ celesti gaudio: eo timore et tremore: ea reuerentia ꝛ honore: ea fide ꝛ humilitate: eo proposito ꝛ amore: ea deuotione ꝛ gratiaꝝ actione: quibus oportet ꝛ decet ꝛ anime mee expedit: ita vt placide ꝛ benigne sacrificiū suscipias de manibus meis ad salute3 meā ꝛ omniū fideliū tam viuorū q̄3 mortuorum. Amen.

Item alia de eodem.

Ne irascaris q̄so domine: ne irascaris q̄ ego imundus imundo corde: ac pollutus polluta mēte ad sacrosanctu3 corp⁹ p̄ciosumq3 sanguinē tuū accedere p̄sumo. Recordare obsecro: q̄ mulierē sanguinis fluxū patiētē a tactu fimbrie vestimēti tui non prohibuisti. Illa3 quoq3 peccatricē flentem ac penitētē a sanctorum pedu3 tuoꝝ osculo non proiecisti. ita ꝛ me miserū pro innumeris scelerib⁹ meis a cōione tanti mysterij non repellas velut indignū: s3 cōcede mihi cordis cōpunctionē ꝛ fonte3 lachrymaꝝ ad luēda peccata mea ac scelera ꝛ delicta vt mūdo corde ꝛ pura ꝯsciētia ad remedium aīe mee: ꝛ ad remissionē oīum peccatorū meoꝝ promerēdam ꝛ ad vitā eternā cu3 sanctis tuis feliciter possidēda3: merear accipe corpus ꝛ sanguinē tuum: ꝛ spiritusancto tuo repleri: ꝛ diuinis affectib⁹ semper instaurari. O amantissime ꝛ mitissime deus: da mihi q̄so corporis ꝛ sanguinis

tui non solū suscipe sacramē tum: sꝫ etiā virtutē sacramē ti ita vt hec sacramenta cele stia efficiantur mihi salus ⁊ vita. Da mihi ita de te satia ri ⁊ iebriari: vt nihil pter te sitiā in eternū. Presta mihi sic suscipe corpus tuū qđ de vgine traxisti: vt corpori tuo mystico merear icorporari. ⁊ inter eius mēbra cōnume rari. Concede mihi teme ip sum quē nunc qdē velatum suscipe propono: reuelata tā deꝫ facie contēplari. Salua tor mūdi qui cū patre ⁊ san cto spū viuis ⁊ regnas deus Per omnia secula se. Amē.

¶ Itē oīo post scāꝫ cōionē.

Ineffabilē misericordiā tuā dñe iesu xpe humili ter exoro: vt hoc sacramētuꝫ corporis ⁊ sanguinis tui qđ suscepi idignus: sit mihi pur gatio scelerum: sit fortitudo fragiliū. sit contra mundi pi cula firmamētū: sit impetra tio venie: sit stabilimētū gra tie sit medicina vite. Sit me moria passionis tue: sit con tra debilitatē fomitis. sit via ticū pegrinationis. Eunteꝫ me conducat: errantē me re ducat. Reuertētē suscipiat. titubantē me teneat: caden tem me erigat. ⁊ pseuerantē in gloriā introducat. O altis sime deꝰ beatissima psentia corporis ⁊ sanguinis tui sic i mutet palatum cordis mei: vt pter te nullā vnqꝫ sentiat dulcedinē: nullam amet pul chritudinē: nullum q̄ratilli citū amorē: nullaꝫ desideret consolationē: nullam admit tat vnqꝫ delectationē: nullū curet honorē: nullaꝫ timeat crudelitatē. Qui viuis ⁊ re gnas deus Per oīa scla se.

¶ Sequit oīo sancti Am brosij de passione dñi: quaꝫ Anastasius papa primus cō firmauit dans singulis eam dicētibus quingentos dies indulgentiarum.

Domie Jesu christe fili dei viui creator ⁊ resu scitator generis hūani. Gra tias tibi referimus: licet idi gnas: sꝫ vtinaꝫ deuotas ⁊ ti bi gratas: q: p nobis miser rimis de celo descēdisti: ⁊ ex beatissima virgine Maria carnē assūpsisti: de ipsa quo qꝫ nasci voluisti. Pānis suf sti inuolutus: in psepio posi tus: vberibus lactatus: car ne circūcisus: magis mani festatus: ⁊ ab ipsis adoratꝰ: i tēplo psentatus: i egypto re legatus: ad patriam reuer sus: parentibus subditus: a

Ioāne baptizatus: Ieiunio quater deno attenuatus. ter a demone tentatus: itineri/bus fatigatus: vigilijs fame & siti maceratus: pdicando latratus: cōpatiendo lachry/matus: a iudeis reprobat⁹: sepius ab eisdē iniuriatus: i stante vero passione tua voluisti cōtristari & mest⁹ eē: & vt ver⁹ homo pauere simul & tedere. positis genib⁹ orā do ter in faciem procidere: factus i agonia guttas emit tere sanguinis p sudore. A iuda deniq3 fuisti traditus: & ab ipso fraudulenter oscu latus: ab impijs iudeis cum impetu comprehensus: vin culis quasi latro ligatus. so lus prefecto derelictus disci pulis metu fugiētibus. Ad pontificē Annaz adductus. ibidez alapa percussus. mis sus ab ipso ad Caypham vin ctus: & ibidez multipliciter derisus. In consilio iudeoz statutus: per falsos testes ac cusat⁹: morte turpissima cō demnatus: sputis facie con taminatus: opprobrijs laces situs: contumelijs affectus: colaphis cesus: palmis ite/rum pcussus: multis modis blasphematus: vinctus pi/lato traditus: ad mortem in

stanter accusatus: herodi a Pilato missus: ibi nihilomi nus criminatus: ab herode & exercitu suo spretus: indu tus alba veste ad pilatuz re. missus. Nudus ad colūnaz iussu pilati ligatus: vsq3 ad sanguinē acriter flagellat⁹: ab eodē morti adiudicatus ad crucifigēdū militib⁹ tra. ditus. A quibus iterū exu/tus veste purpurea īdutus: corona spīea coronat⁹. Arū dine p sceptro īsignitus: ge nuflexo salutatus: irridēter rex iudeoz nominat⁹. Ter. tio alapis cesus: itez facie cō sputus: arundine capite per cussus: veste purpurea exu/tus: ligno crucis oneratus. Ad passionis locū adduct⁹: ibi myrrato vino cū felle po tatus: vestib⁹ pprijs tertio exutus: in cruce demū extē. sus. clauis man⁹ & pedes cō fixus: & sic īter latrones cru. cifixus: & cū sceleratis depu tatus. A ptereuntibus quo q3 & astātibus pēdēs in cru. ce crudeliter blasphemat⁹: clamās: Deus meus de⁹ me us: vt qd dereliqsti me. Tā dem sitiens aceto potatus ī clinato capite mortu⁹. A mi lite lancea latere persorat⁹ vnde exiuit sanguis & aqua

Sero de cruce positus: i mo numēto a ioseph sepult⁹: & resurgēs tertia die tuis apparuisti: quadragesimo die celos ascēdisti: sedēs ad dexterā patris pmissū paraclytū discipulis misisti. Demū ad iudiciū vēturus singulis p̄mittis bonū vl' malū es reddīturus. Tu dñe iesu xp̄e p has sāctissimas penas tuas: & p mortē tuā p̄ciosissimā: & p p̄ciosissimū sanguinē tuū p nobis effusū: atq3 p oia alia h̄ de te p̄dicta: per tuā quoq3 ineffabilē misericordiā: ac p p̄ces & merita beatissime semp v̄ginis marie: & oium sctoȝ tuoȝ me sordidū pctorē. N. & oēs parētes meos: fratres & sorores: amicos & inimicos meos: & oēs paupes: tētatos & d̄solatos: vinctos & ifirmos: & oēs p q bus orare teneor. atq3 oēm populū xp̄ianū a tribulatiōnib⁹ & angustijs eripe: a dyaboli laq̄is & a peccatoȝ vinculis. atq3 ab oi malo aīe & corporis nos libera & salua: & ab his nos semper ptege. omnes cogitationes & actiones nostras talit' vt tibi sint acceptabiles semper dispone. Tua gratia ac sancta pace atq3 omni virtute nos reple: & in his vsq3 ad mortem perseuerare tribue: bonum finem vite nostre nobis concede: & nos p̄nominatos viuos post mortē ac de eis iā mortuos: & omnes fideles d̄functos ab omnibus penis redime: & ad celestis regni gloriā sempiternā nos omnes fac misericorditer peruenire. Qui cū patre & spū sancto viuis & regnas deus. Per oīa secula scloȝ. Amē.

¶ In eleuatōe corporis xp̄i dic orationes sequentes.

Aue verū corpus christi natum ex maria virgine: vere passum & imolatū in cruce pro homine: cuius latus perforatū vero fluxit sanguine: esto nobis pregustatum mortis in examine. O clemens: o pie: o dulcis fili marie: miserer' mei. Et da sicut te nunc videre merui i forma panis ita cum ad iudicandum veneris securus & gaudens te merear videre i gloria tue maiestatis. Amē.

Aue caro christi: caro imolata crucis ara redēptionis hostia morte tua nos amara fac redemptos luce clara tecū frui glīa. Aue verbū icarnatum: in altari consecratū: panis viuus angeloꝝ: salus

⁊ spes infirmorũ: medicina peccatorũ. Salue corpus iesu christi: qđ de celo descēdisti: ⁊ populũ redemisti: cũ in cruce pependisti. Jesu bone fons pietatis laus angelorũ: gloria sanctorũ: spes peccatorũ miserere nobis. Amē.

¶ Oratio sancti Thome de aquino in eleuatione corporis christi vel post dicenda infra actionem.

Adoro te deuote latēs deitas: q̃ sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meũ totũ subijcit: q᷑ te contēplans totũ deficit. Uisus gustus: tactus: in te fallitur: s₃ auditu solo tute creditur. Credo q̄cq̄d dixit dei filius: v̄bo veritatis nihil verius. Jn cruce latebat sola deitas s₃ h̄ latet simul ⁊ humāitas: ambo tñ credēs atq₃ ꝯfitēs: peto qđ petiuit latro penitēs: plagas sicut thomas nō intueor: deũ tñ meũ te eē cōfiteor: fac me tibi semp magis credere: in te spe₃ habere: te diligere. O memoriale mortis domini panis verus vitam p̄stans homini. Presta mee mēti de te viuere: ⁊ te illi semp dulce sape. Pie pellicane iesu domine me imundũ mũda tuo sanguine Cuius vna stilla saluũ facere totũ mundũ possit omni scelere. Jesu pie quē nũc velatum aspicio: quādo fiet illud qđ tātũ sitio: vt te reuelata cernens facie: visu sim beatus tue glorie. Amen.

¶ Jtē salutationes dñi nostri iesu christi: reuelate cuidā deuoto viro: q₃ dum iuxta consuetudinē suã quotidie salutaret beatā virginē certis orationibus: tādē dominus iesus sibi apparens has salutationes eum docuit: atq₃ vt eum quotidie sic salutaret āmonuit.

Aue iesu christe verbũ patris filius virginis: agnus dei: salus mundi: hostia sacra: v̄bũ caro: fons pietatis. Aue iesu christe laus angelorũ: gloria sanctorũ: visio pacis: deitas integra: verus homo: flos ⁊ fructus virginitatis. Aue iesu christe: splendor patris: princeps pacis: ianua celi: panis viuus: virginis partus: vas deitatis. Aue Jesu christe: lumē celi: p̄ciũ mundi: gaudiũ nostrũ: angelorũ panis: cordis iubilus: rex ⁊ sponsus v̄ginis matris. Aue Jesu xp̄e: via recta: veritas p̄fecta: p̄miũ nostrum charitas sũma: fons

amoris: pax durabilis: requies vera: vita perennis. Amen.

¶ Item in elevatione.

Ave in evum sanctissima et preciosissima caro. Ave in evum sanctissime et preciosissime sanguis domini nostri iesu xpi. Ave salutaris victima pro salute humani generis in ara crucis oblata. Ave hostia sufficientissima. Ave refectio delicatissima. Ave iesu xpe. Ave redemptor mundi, inextimabilis gloria omnium electorum: qui pro nobis miseris peccatoribus dignatus es hanc carnem de immaculata virgine assumere: et hunc sanguinem de latere tuo effundere pendens in cruce: munda nos: sanctifica nos. Dirige nos in viam salutis eterne. Et sicut in hoc tam sacro mysterio facta est transmutatio de pane et vino, sic nos in te transmuta: et gratie apta totaliter et conforma. Amen.

¶ De corpore christi oratio devotissima post elevationem dicenda.

Domine sancte pater qui agnum immaculatum hic tibi offerendum in summi amoris amenitate suscipis: te supplices exoramus: ut desiderium nostrum igne eiusdem amoris inflammatum cum hac sacrosancta hostia in conspectu pietatis tue digne appareat et obtineat nobis remissionem omnium peccatorum et negligentiarum nostrarum: et inquantum est possibile talem vitam qualis fuit que ea morte terminata est: cuius in presenti memoria celebratur. Amen.

¶ De eodem.

O Oriens splendor lucis eterne et sol iusticie: veni et illumina me cognitione misericordie tue et miserie mee et fac meum vitium depire: et omnis boni germen oriri per desiderium quod ab eterno habuisti ad nostram redemptionem trahe omne desiderium meum in te per vinculum amoris quod te tractum de sinu patris contulit gremio matris. Da ut inebriet me ignita et melliflua vis tui amoris quod me faciat omnium terrenorum funditus oblivisci pre magnitudine amoris adeo ut sicut flamma ardens totus candeam in tui amoris desiderio: quod nulla creatura possit minuere amen.

¶ Item oratio in elevatione vel post vel aliud de coram ymagine crucifixi dicenda: quam qui devote dixerit: tot dies indulgentiarum acquiret: quot

fuerũt vulnera in corpore ie su tẽpore passiõis eius: q̃ fue runt sex mille sexcẽta ⁊ sexa gintasex: quas indulgẽtias dñs Gregori⁹ papa tertius ꝯtulit ad istãtiã regie ãglie.

P Recor te amantissime dñe iesu xp̃e ꝑpter illã eximiã charitatẽ qua huma nũ genus dilexisti q̃n tu ce lestis rex pẽdebas in cruce cũ deifica charitate: cuꝫ mi tissima anima. cũ tristissimo gestu: cũ turbatis sensibus: cum expansis manibus: cuꝫ perstrepentibus mẽbris: cũ extensis venis: cũ clamoro so ore: cũ rauca voce: cũ pal lida facie: cũ mortali colore: cũ lachrymosis oculis: cum vertigine cerebri: cũ arden ti ferie: cũ gemebundo gut ture: cũ sitibundis desideri is cũ amaro gustu fellis: cũ ĩ clinato capite: morte obui ante: cuꝫ diuisione corporis ⁊ anime. cũ transuerberato corpore: cum trãsfixo corde: cuꝫ sanguineis vulneribus cũ defluentibus riuis: cum origine viuentis fontis. In ea charitate precor p̃ijssime domine iesu qua tuuꝫ amo rosuꝫ cor scindebatur: vt sis mihi placabilis super multi tudineꝫ peccatoꝝ meoꝝ: ac bonũ ⁊ sanctũ finẽ vite mee necnon gratiosam letãqꝫ re surrectionẽ mihi ꝑpter lar gissimã misericordiã tribue re digneris. Qui viuis ⁊ re gnas cũ deo patre in vnita te spiritussancti deus. Per oĩa secula seculorum. Amẽ.

¶ De passiõe iesu xp̃i: ⁊ de septẽ verbis vltimis. Orõ.

S Alue iesu patrẽ in bo ra necessitatis ĩuocãs: salue iesu ꝓ crucifixorib⁹ m is orãs: salue iesu latroni pa radisi gaudia ꝓmittens: sal ue iesu matreꝫ discipulo di lecto cõmittens: salue iesu amorẽ nostrũ te sitire excla mãs: salue iesu cõsũmatuꝫ esse opus amoris attestans. Salue iesu voce magna spi ritũ in manus patris cõmẽ dãs. Salue iesu charitatẽ ex cellẽtissimam circa nos tua morte demonstrans. Salue Jesu vita spũs mei cum cla more valido expirãs. O mi ra circa nos tue pietatis di gnatio. O iestimabilis dilec tio charitatis: vt seruũ re dimeres teipsuꝫ amãtissime iesu in morte turpissimã tra didisti. O ꝑualẽtia charita tis. Amen. ¶ De eadeꝫ.

O Ya rubens rosa fragrã tissime charitatis obse

cro te per virtutẽ amoris: q tuã nobilissimã animã a tuo corpore separauit: da mihi amorẽ qui me totũ liquefactũ ĩ memoria p̃ciose ⁊ amorose mortis tue tecũ viuat ĩseparabili ⁊ felici vniõe. Eya iesu meũ desiderabile bonũ da vt tua saluberrima mors viuificet me: ad vitam tibi plene laudabilẽ in tue amorose mortis recõpensatiõnẽ Jesu corona eterne iocunditatis: p gaudiũ qd̃ in passione tua sctissima aĩa habuit de hũana redẽptione intrabe tibi cor meũ ⁊ aĩaꝫ meã: vt extra te nunq̃ȝ in aliqua creatura vel ad modicũ valeã dlectari. Eya iesu p̃cordialissime: da mihi ĩtẽtionẽ que te in omnibus ⁊ super oĩa laudet p tua amarissima passione. Eya iesu suauissime da mihi deuotioneꝫ que tuã in omnibus laudabilissimã perficiat voluntateꝫ.

¶ De passione christi oratio ad patrem.

Domine sancte pater p pter tuã largitatẽ ⁊ filij tui passionẽ qui p me sustinuit mortẽ: ⁊ per matris eiꝰ excellentissimã sanctitateꝫ: ⁊ oĩum sanctoꝝ merita: concede mihi peccatori ĩdigno oĩ tuo bñficio frui: vt te solum diligã: tuo semp amore ferueã: tuũ semp honorẽ sitiam: bñficiũq̃ȝ passionis filij tui continue ĩ corde habeã: meã miseriã recognoscaꝫ: ⁊ ab omnibus contẽni ⁊ conculcari cupiaꝫ: nihil me affiiciat nisi tu: nihil me contristet nisi culpa. Amen.

¶ Item de passione christi oratio ad filium.

Dñe iesu xp̃e cor meũ tuis vulneribꝰ saucia: ⁊ mẽtẽ tuã tuo sanguine inebria: vt quocũq̃ȝ me ṽtã sp te videã crucifixũ: ⁊ q̃cqͥd aspexero mihi appareat tuo sanguine rubricatũ: vt sic totus ĩ me ĩtendẽs nihil valeã p̃ter te ĩuenirͤ: nihil nisi tua vulnera valeã intueri. Hec mihi consolatio sit tecuꝫ mi dñe vulnerari h̃ mihi ĩtima sit afflictio sine te aliqd meditari ñ q̃escat cor meũ bõe iesu: dõec te ĩueĩat cẽtrũ suũ vbi cubet: vbi suũ fmiet appetitũ.

¶ De eadẽ.

Transfige dulcissime iesu medullas anĩe mee suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere. viscera aĩe mee: vera sup̃na applica caritate: vbi lãgueat ⁊ liqͥfiat aĩa mea: solo sp amore ⁊

desiderio tuo concupiscat et deficiat aīa mea in atria tua Cupiat dissolui et esse tecū. da vt anima mea te solū esuriat panē angelorum: refectionē aīarū sanctarū. Panē nostrū quotidianū supsubstantialē habētē oēm dulcedinē et saporē et omne delectamētum suauitatis: te in quē desiderāt angeli pspicere semp esuriat et comedat cor meum: et dulcedine saporis tui repleantur viscera aīe mee. Te semp sitiat fontem vite: fontē sapiētie fontē scientie: fontē eterni luminis: torrentem voluptatis vbertatē domus dei: te semp ambiat: te qrat: te inueniat: ad te tēdat: ad te pueniat: te meditetur. te loquatur: et omnia operetur i laudē et gloriā nominis tui cum humilitate et discretione: cū dilectione et delectatione: cū facilitate et affectu: cū pseuerantia vsqz in finē: et tu sis solus mihi semp spes mea: tota fiducia mea: diuitie mee: delectatio mea iocunditas mea: gaudiū meum: qui es tranqllitas mea: pax mea: suauitas mea: odor meus: dulcedo mea: cib9 meus: refectio mea refugiū meum: auxilium meū: sapiētia mea: passio mea: possessio mea: thesaurus meus i quo fixa et firma et immobiliter semp sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

De singularticulis passionis iesu christi oratio multum deuota.

Aue iesu splēdor paterne glorie flosculus fecunditatis virginee: patriarchis pmissus: a pphetis pdictus: a iustis desiderat9 in salutē oīum expectatus: virgini marie p gabrielē archangelū nunciatus: de spiritu sancto conceptus. ver9 deus et homo natus: pānicu lis iuolutus: in psepio reclinatus: pastoribus reuelat9: a magis adoratus: legaliter circūcisus: in tēplo psentat9 a Joāne baptizatus: ab hoste tentatus. clarēs miraculis: cū palmis suscept9 a turbis: cenans cū discipulis: et corp9 sanguinēqz tuū sacratissimum tradēs eis: a iuda traditus et vēditus: sanguineo sudore psusus: ab hostibus captus: ab omnib9 amicis derelictus diris nexib9 astrictus. Anne et cayphe psentatus: facie velatus: colaphis et alapis cesus. sputo fedatus. opprobrijs saturatus

pilato p̄sentatus. ab herode spretus ⁊ illusus. linguis iudeoꝝ crucifixus. dire flagellatus. purpura derisus. spinis coronatus. baiulās sibi crucē tāq̄ȝ latro cuȝ pugnis ⁊ fustibus ad mortē ꝓpulsus speculum contumelie factꝰ: nudatus: diris clauis crucifixus: omnibꝰ mēbris distētus. inter latrones deputatꝰ despectus ⁊ blasphematus. Nouissimꝰ viroꝝ ⁊ quasi leprosus visus. patrē inuocās: p trāsgressoribus orans: latroni paradisum ꝓmittens: matri filiū ꝓuidēs. sitim exclamās. consūmatum opus amoris attestās. felle potatꝰ in morte pallidus. spiritum patri cōmēdans: cū clamore valido expirās: lancea pforatus. de cruce depositus: ab amicis lamētatus ⁊ sepultus: a morte resurgēs: ⁊ victor ad celum ascēdēs. ac spiritum sanctum paraclytum eccl'ie sponse tue in signuȝ p fecti amoris trāsmittens. Et ideo ego minimuȝ mēbroꝝ sanguine tuo redēptū. ⁊ toti us vniuersitatis salutē affectās. āplector te: ⁊ sic ī amore tuo: q te ad singula pferēda coegit: singula tua vulnera deosculor: orans vt collo-ces te altissime myrrhe fasciculum inter vbera aie mee.

Item post eleuationem dic orōnē sequētem. Et notādū q̄ quicunq̄ȝ iter eleuationē corporis xp̄i ⁊ tertium agnus dei eā deuote dixerit: consequitur indulgētiā viginti miliū dierū concessam a dn̄o Innocētio papa sexto: ad supplicationem dn̄i Philippi regis Frācie.

Domine iesu xp̄e q hāc sacratissimaȝ carnē de gloriosa v̄gine Maria assūpsisti ⁊ hunc p̄ciosuȝ sanguinē de sanctissimo latere tuo in ara crucis p salute nostra effudisti. Et in eadeȝ glīosa carne a mortuis resurrexisti ⁊ ad celos ascēdisti: ⁊ iteruȝ vēturus es iudicare viuos ⁊ mortuos in eadē carne: libera nos p sacratissimuȝ corpꝰ tuū: qd̄ ī altari tractatur: ab oībus īmundicijs mentis ⁊ corporis. ⁊ de vniuersis malis ⁊ piculis p̄teritis p̄sentibus ⁊ futuris. Qui cuȝ deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas in sc'la scl'oꝝ. Amē.

¶ Dormituro dicenda est hec oratio.

O Jesu dulcissime: iesu pater dilectissime. Tu mecū q̄so maneas: hac nocte

mecum dormias: vt corpus
somnū capiat ⁊ nūq̄ʒ cor ob-
dormiat sed semp ad te vigi
let: ⁊ te ptīē videat: ⁊ omne
maluʒ caueat. Me angelus
custodiat: ⁊ signuʒ cru✠cis
muniat. Hinc sathan procul
fugiat: ⁊ Jesus solus mane-
at: quos amo tecuʒ colligas
in lecto cordis foueas. nec
me nec ipsos deseras. sʒ be-
ne✠dicēs ptegas. ⁊ in euū
custodias. Amen.

¶ Oratio mane dicēda ad
cor iesu.

Laudo bñdico glorifico
⁊ saluto dulcissimū ⁊ be
nignissimū cor iesu xp̄i fide-
lissimi amatoris mei gratias
agens p̄ fideli custodia. qua
me hac nocte pteristi: ⁊ pro
me laudes ⁊ gratiarū actio-
nes ⁊ oīa q̄ ego debebā deo
patri icessanter psoluisti. Et
nunc oro amator vnice qua-
tenus virtutē tui diuini cor-
dis me supplicē tuuʒ ab om
ni piculo aīe ⁊ corporis mihi
corditer custodire digneris
⁊ vsq̄ʒ i finē vite mee tuo scō
suitio ⁊ amore des mihi feli
cit ⁊ fideliī pseuerar̄. Amē.

¶ Cuʒ mane surgis vel quo
q̄ʒ pergere velis dic.

Bene✠dicat me impe-
rialis maiestas. prote-
gat me✠regalis diuinitas.
Custodiat✠me sempiterna
deitas. Defendat✠me im-
mēsa trinitas. Foueat✠me
gloriosa vnitas. Dirigat✠
me inestimabilis bonitas.
Regat✠me potentia pr̄is.
Viuificet✠me sapientia fi-
lij. Illuminet✠me virtᵘ spi
ritussancti. Alpha ⁊ o deus
⁊ homo. Sit mihi ista inuo-
catio salus ⁊ sempiterna p-
tectio. In nomine patris ⁊
filij ⁊ spirtu sancti. Amen.

¶ Orō sancti Augustini a
spiritussancto sibi reuelata.

Deus ppiciᵘ esto mihi
pctōri ⁊ custodi me oī
bus diebus ⁊ noctibus vite
mee. deus abraā. deᵘ isaac ⁊
deus Jacob miserere mei. ⁊
mitte mihi in adiutoriū san
ctum michaelem archange
lum qui me defendat ⁊ pro-
tegat ab omnibus inimicis
meis. Sācte michael archā
gele defende me i periculo
vt non pereã in tremēdo
iudicio. O sācte michael ar-
changele per gratiam quaʒ
meruisti: te deprecor ⁊ p vni
genitum filium dei dominū
nostrū iesuʒ xp̄m vt eripias
me hodie a periculo mortis
Sancte gabriel: sancte ra-
phael: oēs sancti angeli ⁊ ar

chāgeli dei succurrite mihi pcōr vos oēs virtutes celorum vt detis mihi auxilium et potentiam. vt nullus inimicus me cōdēnare possit in via: nec in aqua: nec in igne nec subitanea morte. Nec me dormiētē: nec me vigilā tem opprimat aut ledat. Ecce cru✠cem domini fugite partes aduerse. vicit leo de tribu iuda: radix dauid alleluia. Saluator mundi salua nos: qui per crucē et sanguinem redemisti nos. auxiliare nobis te depcamur deus noster. Agyos otheos agyos yscbiros. agyos athanatos eleyson ymas. Sācte deus: sancte fortis: sācte imortalis miserere nobis. Crux christi salua nos. Crux christi protege nos. Crux christi defēde nos. In noie patris et filij et spiritussancti. Amē.

¶ Notandum q qui supra scriptam orōnem sancti Augustini deuote legerit vl' audierit aut circa se portauerit i illa die non peribit. nec in igne nec ī aqua nec in prelio nec in iudicio. nec subitanea morte interibit: nec qd mortiferū ei nocebit. Et qcquid iustum a deo petierit: impetrabit et cū anima eius exierit de corpore infernus eum non possidebit.

¶ Sequitur alia orō seu cōmēdatio ad sanctam crucē.

Signum sancte crucis defēdat me a malis pteritis presentib⁹ et futuris: interioribus exterioribus. Per signum sancte crucis a persecutionibus diaboli et oiuz inimicoꝝ meoꝝ libera me. hoc signaculo psternantur oēs aduersarij et inimici mei et fugiant a me p hoc signū scte crucis a piculis mū di liberet me domin⁹. Bñdictio dei pris cū angelis suis sit semp mecū. Bñdictio et ptectio dei sūmi cū vtute mysterij sancte crucis et sancti euangelij sit semp mecū. Bñdictio icarnatōis et sctē natiuitatis et gloriose circūcisionis: et btē passiōis ac venerāde resurrectiōis et amabilis ascēsionis: et spūssancti paracliti: et sancte crucis sit supra me et ifra me circa me iuxta me añ me et ī omnib⁹ finibus meis. Bñdictio scē marie et sanctoꝝ pziarchaꝝ pphetaꝝ aploꝝ martyrum confessoꝝ virginū viduarū cōtinētiū et oium sanctoꝝ sit supra me infra me circa me iuxta me ante me et ī oibus

finibus meis. Cōmendo corpus meū z aīam meā scīe trinitati: vt custodiat me hic z in futuro. Crux tua domine iesu christe sit signū salutis mee: p quā omnia redimere dignatus es. Adiutor z ptector sis mihi domine deus meus. Bndictio scīe trinitatis me custodiat foueat ptegat z defendat ab oībus malis: z confortet cor meū in omni bono: vt hic z i eternum saluari merear. Kyrie eleison. xpeeleison Kyrie eleison. Paī nr. Et ne nos. Aue Maria. ℣. Adoramus te xpe z benedicimus tibi. Quia per sanctā crucē tuā redemisti mundū. Oratio.

Sanctifica domine familiā tuā signaculo scē crucis: stet ī obstaculū ɔtra seua iacula inimicoꝝ oīum: defende me p signū sanctū: z p pciū iusti tui in quo me redemisti. Per eundem dominum nostrū. Amē. Oīo.

Adesto nobis dñe deus noster vt quos scē crucis bonore letari fecisti: eius ppetuis dēfēde psidijs. Per xpm dñm nrm. Amē. Oīo.

Deus q ī vexillo scē crucis nobis dona contulisti perpetue tue lucis atqꝫ tui sanguinis effusiōe genus bumanū redimere dignatus es: tribue qs: vt q ī tua cruce gl'iamur: nunqꝫ pcti iugo subdamur. Qui cū deo patre viuis z regnas deus zc.

¶ Seqtur alia recōmēdatio de mane dicēda.

Omnipotēs sempiterne deus conditor mūdi ī hac die cōmēdo tibi vitam z aīam meam: z oēs anxietates z necessitates q pti nent ad vitam z aīam meā. Sic facio patri z filio z spūi sancto: z scīe cruci z quinqꝫ vulneribus tuis domine iesu xpe: z ille quē tu depcatus es ī angustijs tuis in monte oliueti: z cui tu cōmendasti sanctum tuum spūm z discipulos tuos: z scē Marie virgini matri tue: z scō Joanni cui tu matrē tuā in cruce cōmēdasti. Sctōqꝫ Michaeli archāgelo cum oībus scīs angelis z archāgelis: z scīo Joāni baptiste: z oībus patriarchis z pphetis. Et scīs vigintiquatuor senioribus: apostolis: euāgelistis: martyribus: confessoribus: monachis: virginibus: continētibus: oībusqꝫ scīs z electis dei. Nunc deprecor te dñe p virtutē z dignitatē omniū

sanctoꝝ nominum tuoꝝ: ꝛ p illā grām p quā nasci digna tus es ꝑ humano genere de maria virgine: ꝛ p illā grāz p quā ductus es ad crucē: ꝛ in ea crucifixus es ꝛ mortu⁹ ꝛ eternā mortē deludēdo vicisti: dyabolum alligasti: ꝛ eos q̄ ꝯtra te fuerūt supasti. Illos aūt q̄ in te toto corde crediderunt liberasti: ꝛ p intercessionē oīuz sanctoꝝ tuoruz: vt me famulū tuū. N. ꝛ N. fideles tuos hodie ꝛ quotidie liberare ac defendere digneris de omnibus tribulationibus ꝛ instantibus nostris angustijs ab insidijs ꝑsecutionibus: iniurijs: traditionib⁹: opprobrijs ꝛ detractionibus omniū inimicoꝝ nostroꝝ: visibiliū ꝛ inuisibiliū: vt eoꝝ odia: inuidiā maledictiōes: ꝛ dolosas machinationes valeamus declinare: ꝛ in conspectu tuo ꝛ pijssime genitricis tue: omniūq; sanctoꝝ tuoꝝ: ꝛ omniuz hominū mereamur gratiā inuenire ꝫm tuā volūtatē ꝛ nr̄az necessitatē. Amē. Jesus autē trāsiēs p mediū illoꝝ ibat Gaspar: baltasar: melchior ✠ Pat ħ ✠ deus ħ ✠ trinitas ħ ✠ Maria ħ ✠ In noīe patris ✠ ꝛ filij ✠ ꝛ spiritussā-cti ✠ Christus ✠ vicit. Christus ✠ regnat. Christ⁹ ✠ imperat. Christus dextera sua me famulum suum benedicat ✠ Amen.

¶ Alia cōmēdatio ad beatissimaz virginem mariam.

O Domina mea sctā maria me in tuā bn̄dictā fidē ac singularē custodiā: ꝛ sinū misericordie tue hodie ꝛ quotidie ꝛ ī hora exit⁹ mei aiam meā ꝛ corpus meū cōmēdo tibi oēm spem meaz ꝛ consolationē meā: ꝛ oēs angustias ꝛ miserias meas: vitam ꝛ finē vite mee cōmitto: ꝛ per tuā sanctissimā itercessionē: ꝛ p tua merita omnia mea dirigantur ꝛ disponantur opa ꝫm tuaz voluntatē ꝛ meam necessitatem. Amen.

¶ Itē alia ꝺ eodē p̄scbrior.

S Pes aīe mee post deū virgo maria in illā cōmēdationē: ꝛ in illā fidē qua te dilectus filius tu⁹ dn̄s noster iesus christ⁹ ꝑelecto discipulo suo ioanni cōmendauit: commendo tibi hodie ꝛ quotidie corpus ꝛ aīaz meā ꝛ honorē meū: ꝛ horā exitus mei: ꝛ oēs actus meos. Ac ꝓ cor te vt serues me a peccatis: a scandalis: ab omni cōfusione humana: ab ira tre-

menda:ab imundis cogitationibus:ab oi mortali peccato:a subitanea z iprouisa morte:ab oib9 periculis aie z corporis:honoris:z rerum mearu:nec vnq me tale p mittas facere peccatu:quo gram tua amittaz. Da mihi de pteritis emendatione de psentibus custodia:de futuris cautela. Da mihi in hac vita pmptu adiutoriu:esto mibi in tremendo iudicio p locutrix apud filiu tuu dnm nostru Jesum christu. Ame. Aii. Sub tuum psidiu cofugim9 virgo dei genitrix:nostras depcationes ne despicias in necessitatib9 nostris: sz a piculis cunctis liba nos semp virgo bndicta. ℣. In omni tribula. z angu. nostra ℟. Succur. nobis beatissima virgo maria. Oratio.

Protege dne famulos tuos subsidijs pacis z beate marie semp virginis patrocinijs cofitetes:a cunctis hostib9 redde securos. Per xpm dominu nostruz.

¶ Postq mane surrexeris primo dic flexis genibus.

Gratias ago tibi domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui me indignum famulum tuuz non meis meritis:sed tua sanctissima gratia custodire dignatus es:in hac nocte depcor clementiam tuam:vt concedas mihi venturum die ita peragere cum humilitate z discretioe:quatenus tibi co placeat seruitus mea. Qui viuis z regnas deus zc.

¶ Deinde dic orationes sequentes. Et primo ad prez.

Pater de celis deus miserere nobis. Dne deus pater omnipotens q consubstantiale z coeternum tibi filiu ante oia secula ineffabilit genuisti:cuz quo z spu scto ex te eodeq filio procedeti:celu ac terra z qcuq in eis existut:visibilia z inuisibilia creasti:z me peccatore inter oia:te laudo:te adoro: te glorifico:ne despicias me opus manuu tuaz:sed salua me propter nomen sanctum tuum. Qui viuis z regnas.

¶ Ad filium oratio.

Fili redeptor mudi deus Miserere nobis. Dne iesu xpe fili dei viui: q es verus omnipotens deus splendor z imago pris:vita eterna:cui est vna cuz patre z spiritu sancto equalis honor:eadem gloria:coeterna maiestas:te laudo:te adoro

te glorifico ne despicias me opus manuū tuarū: sed salua me et adiuua me gratuito munere tuo: quē redimere dignatus es tuo sanguine precioso. Qui cum patre et spiritu sācto viuis et regnas.

¶ Ad spiritum sanctum.

Spiritus sancte deus mi serere nobis. Dñe sancte spūs eterne deus: q cōsubstantialis et coeternus patri filioqȝ existēs ab eis inenarrabiliter pcedens: quiqȝ super eundem dominū nostrū iesum christum in columbe specie: et super sanctos apostolos tuos i igneis linguis descendisti: Depelle a me q̄so tenebras totius erroris et ignorantie: et accende in me lumen misericordie: et ignez sanctissimi et suauissimi amoris tui. Qui cū patre et filio.

¶ Ad sanctam trinitatem.

Sancta trinitas vnus deus: miserere nobis. Domine oīpotens eterne deus ineffabilis sine fine et absqȝ principio: quem vnum i trinitate: et trinū in vnitate cōfitemur. Te laudo: te adoro te glorifico: tueqȝ misericordie et clemētie grās refero: q me existētez in nocte totius erroris et ignorantie voluisti fieri participē gratie et misericordie tue. Perfice i me q̄so ceptū opus misericordie: et gratuito me vbiqȝ pietate custodi: et fac me peccatorez semp cogitare loqui et agere que tibi placita sunt: et post huius vite terminū ad tuaz visionem facias peruenire. Qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus: per oīa.

¶ Cum volueris ire dormitum dic.

Gratias tibi ago domine scē pr̄ oīps eterne deus: q me idignū famulū tuū nō meis meritis: sȝ tua scissima grā custodire dignatus es: in hac die de pcō: clemētiā tuā misericordissime deus: vt cōcedas mihi venturaz noctē mūdo corde et corpore sic pertransire: quatenus mane surgens gratum tibi valeam obsequiū fuitutis exhibere. Qui viuis et regnas.

¶ Orō valde bona: q̄ qcqd iustuz petieris impetrabis: et recitantur in ea noīa dei.

O Deus pr̄ piissime xp̄e iesu dulcissime: spūs clemētissime: nō ē deus o rex preter te. Tu bitas o dñe in circūscripto lumine: eternus sine tēpore: cum filio cū flammine i trinitatis noīe. San-

ctus aue. Sctūsq; vale. Sanctus quoq; salue. tu sedes super cherubī: abba pr̄. Ben filius. Ruba ambor̄z spūs. Deus deor̄z dominus: exaudi me indignū ꝛ peccatorē famulū tuum. Uel fortis rex sūme deus. Tu es primus ꝛ nouissimus: p̄ter te nō ē alius. Pax hostiuz: vita iesus: eterni p̄ris ꝛ filiꝰ magni cō filiꝫ angelus. Sancte procedens spūs ab vtroq; paraclitus: patris natiq; spūs: trinꝰ vnus altissimꝰ. Tu laua me a sordibus ꝛ a cunctis criminibus ꝛ ab iniqtatibus libera me ꝓpicius a tribulationibus ꝛ a cunctis doloribꝰ ꝛ ab īfirmitatibus: ꝛ de necessitatibus erue me ꝓpicius. Clemens creator. Eloy. Te tremunt omnes angeli: adorant ꝛ archangeli: verbū patris ingeniti. Tu theꝛu bo monogeni panis ꝛ vita seculi. Tu digitus dextre dei do nū dei altissimi. Ruba p̄ris ꝛ filiꝫ. Trinus vnus miserere mei. Sis mihi ī deū auxiliꝫ: ꝛ in domū refugiꝫ. iter ꝓcellas seculi: fluctus huius exiliꝫ: mibi mergēti subueni O eloe: theos: fobos: deꝰ timoris yschiros. Anastasis. Athanatos. Uerbū patris.

Ueritas es. Tu destruxisti angelos d̄ celis apostaticos. Spūssanctus otheos. Spiramē sacrum. Lumen fons. Uox super aq̄s domini. Trinus vnus piꝫssime super me oculos rex api dulcissimos. Tu mitte sanctos angelos: ministros tuos inclytos: hodie mihi socios: adiutores fortissimos: custodes preclarissimos: ductores atq; preuios: hostes repellaz improbos: superbos: reos: noxios deus excelsus elyon: deus deor̄z pantheon. Rex creator hystiton. Emanuel Pātic raton. pastorq; homousion saluator mundi tutheon: patrī nato. Synagion. Amborum sacrum neumaton. Caritas ignis viuꝰ fons: trinus vnus tu de syon: succurre mihi pateron. Gloriosuz stratimaton. Rex saday omnipotens. rex angelor̄z prepotens. ad omnia sufficiēs. Justitie sol oriens: lux lumē indeficiens. Sophia patris sapiens: spiritussanctus ab vtroq; procedens: cuncta tenens: sciens: videns: intelligens. Trinus vnus cūctipotens: sis mihi pius ꝛ clemēs misericors ꝛ patiens: sis mihi indeficiēs: pius dator lar-

gifluens. Tu creasti rex sab-
baoth: cūcta simul ex nihilo
Tu es deus alpha et o Iesu
nostra redemptio: vita et re-
surrectio: salus amor et de-
fensio: tu criminuz remissio
a pře et filio es spiritalis vn-
ctio. Trinus et vnus es obse
cro: tu sis mea protectio: sis
pia consolatio: sis et mea de-
fensio. Sis criminum ablu-
tio: peccatorū remissio. Pie
deus obsecro Adonay mi-
rabilis: magnus et admira-
bilis: creator ineffabilis: fili
dei amabilis: via infatigabi
lis: vitis īmarcescibilis: spi-
ritus inuisibilis: patri nato
visibilis: splēdor inextingui
bilis. Trinus iseparabilis:
vnus indiuisibilis: deus in-
enarrabilis: sis arma inuin-
cibilis: custos inuiolabilis:
mihi deus laudabilis: ne sis
mihi terribilis. Esto mihi
placabilis super me depreca
bilis. Libera me ab emulis
ab impiorum laqueis et cū
ctis periculis ab omnibus ī
fidijs. Eyge eyge rex tibi est
nomen qd sempiternuz ē: et
nomen qd eternū est. Moy
si nomē qd est: est ꝑ angelū
delatum est. Per nomen tu-
um qd est: est quicquid mi-
bi necesse est concede mihi
deus. Aufer a me qd maluz
est et peccatuz qd abs te est:
dona mihi qd bonum est: il-
lud pater qd per te est. Ue-
rus deꝰ: tu verus hya. exau-
di me: et adiuua me ab omni
malo libera me. Audi mea
precamina: et dimitte pecca-
mina: solue nexorum vincu-
la et da quieta tempora: per
hec sacrata nomina tua de-
us sanctissima. Per hoc no
men sanctissimum magnum
atqz fortissimum: gloriosum
atqz inclytuz: per qd adā in
tartaro cū esset in supplicio:
in inferni patibulo: te recli-
nauit dnm: auctorē suum pi
uz: et habuit ꝓpiciū per hoc
nomē sanctissimū quod est.
LAUELERERARE-
RARI.

¶ Explicare nequeunt om
nes lingue vitiuz: nec mens
nec sensus hominuz nomen
qd ē. Amekeneton. Qd frō
te tulit aaron sculptum per
tetragrāmatō: quatuor grā-
mis ī pētalon. He ioth. vau
thet. hebraicum. He iste so-
nat proprium. Ioth principi
um. Uau vita. Thet passio-
nis obitum. Latine sic expo
situm. Christus vita homi-
num. iste vite principiū: per
mortē et patibuluz ꝑ passio-

nis obitū. Deus oy creator oium: per hoc nomen pijssimū terribile mitissimū diez concede pſperū: eterne vite pmiū: pſentis vite gaudiū. Et qd eſt neceſſariū: da mihi factor omniū: deus cōmunis omniū: p hoc nomē ſanctiſſimū. Adonay. Eſto ſalus refugiū mihi 7 adiutoriū: 7 vbiqȝ pſidiū. Exurge contra odiū inimicoꝝ omnium: me quoqȝ pſequentiū 7 in me inſurgētiū: tu deſtrue conſiliū illoꝝ eloquiū: inuidiā 7 odiū qd contra me inſiliunt: p hoc nomē ſanctiſſimū. Seda damanazetbami qd p crucis myſteriū cōpleſti rex inclyte: p pcedētē ſpiritū ab vtroqȝ paraclytum: qd nūc depcatus ſum: vel q depcaturus ſum: da mihi factor oium. Tu patris ſapientia: cū ipſo creans oīa. via vita 7 veritas virtus patris 7 pietas: regreſſus vnde veneras: 7 ī ſinu patris habitas: vbi omnis diuinitas eſt 7 pfecta deitas: imortalis eternitas. Deo patri in gloria equalis per omnia. Ibi te ie ſu alloquor. Ibi te ieſu depcor: vite dator mificoꝛs: ſis mihi mitis deprecor: te vez deum fateor: 7 hominez confiteor: iudicem profiteor. Ieſu benigne reſpice: ſurſuȝ te quero domine: ī ſinu patris agye: vbi ſedes rex glīe: ad dexterā patris domine. Tu in patre: 7 pater in te. Ibi ie ſu obſecro te: interueni ieſu pro me: apud patrem pijſſime. Nō voce dico domine: ſed cōmuni eſſentia: 7 coeqli potentia 7 pietate vnica. Tu creator creaſti me: 7 tuo ſancto ſanguine: redemptor redemiſti me. Et ideo inuoco te: 7 nomē tuuȝ ſuper me. Verbuȝ patris viſita me in pace tua domīe. Qui omnium pro ſalute ex illibata virgine: humanam carnem ſumere: 7 ſanguinem ſuſcipere es dignatus: o domine ieſu xpe rex glorie: rex reguȝ: rex pacific9: rex dominator dominus: rex eternus: rex ī menſus: rex ſupern9: rex benignus: rex celeſtis: rex glorioſus: rex in regno tuo clarus. Moderator rerū vnus qui gubernas cuncta ſolus. Mihi clemēs ſis 7 pi9. Cui ſeruit ordo celicus 7 celeſtis exercitus. Exaudi me indignum 7 peccatorem famulū tuum propicius. Tibi pater ingenito: natoqȝ vnigenito: ſpūiqȝ paraclito. La9 honor

atq; gl'ia: sit virtus ꝛ potētia in secula seculoꝛum. Amen.

¶ Item alia oꝛatio de eodē pulchꝛioꝛ ꝛ efficacioꝛ.

Adonay domine deus magne ꝛ mirabilis q̄ es iust⁹ ꝛ misericoꝛs vniuersis. Ego miserrimus omnium miseroꝛum tuam suppliciter requiro misericoꝛdiā pro miseriis vniuersoꝛū: vt beate dei genitricis Marie semper virginis interuētu: omniumq; fidelium tuoꝛum celestium ꝛ terrestrium supplicatu s̄m magnam misericoꝛdiam tuā: tuis omnibus miserearis: ꝛ moꝛtuis ꝛ viuētibus ꝛ nasciturus. Et quāuis super omnes alios moꝛtales indignū me faciat magnitudo peccatoꝛum a te respici vel audiri: tamen q: tibi cura ē de omnibus: eo q̄ dominus omnium es. Non tm̄ de mea malignitate despero: quantum in tua benignitate confido. Unde homo deum creatura creatoꝛē suum: ego te suppliciter imploꝛo ꝛ audenter deposco vt opus manuum tuarum me ipsum non calumnieris aut opprimas: sed opere manuū tuarum mihimetipsi manū poꝛrigas ad destruendū qd̄ mea mens iuste odit ꝛ formidat ad satisfaciēdum qd̄ anima mus iuste diligit ꝛ poptat. Quī non possum coꝛpoꝛaliter celum ascendere: ꝛ te de um sabbaoth i maiestate sedentem attingere. Hic vbi te p̄cepisti requiri ac p̄misisti a fidelib⁹ tuis te posse inueniri in virtute mysterii tui te adoꝛo. in omni tuo ope te laudo: in pietatis tue dispensatio gloꝛifico: in qua totius nostre redemptionis firmatur perfectio. Hic omnipotens clementiā: hic clemens oīpotentiā tuā depo sco: hic suspiria ꝛ singult⁹ ꝛ lachꝛymas desideranter effundo: hic de sepulcro coꝛdis ostiū oꝛis aperio: vt de illo noīatim negocio: vn̄ nūc tm̄ mea mouetur intētio clamoꝛē meū audias: laboꝛem meum videas: doloꝛem sentias: īfirmū cures lapsum releues: mestū letifices: totius īpedimenti vincula soluas: argumentū inueniendi aperias: viā indeclinabilē me in idipsū īducas ad tuā laudem ꝛ meā salutē ꝛ desiderium meum adimpleas. Magna qdē sunt q̄ peto ꝛ ipotēter cupio p̄mereri: s; tu maioꝛa gratis dare ēt ingratis

potentissime nosti. Verū ⁊ si cuncta huiusmodi a tua tm̄ gratuita pietate ꝓdeant: tñ vt sup me idignū famulū tuum facilius celeriusqꝫ descēdant pcor: q: ⁊ si ad inuocandū oium minimoꝝ suꝫ minimus: illud adiutoriuꝫ iuocomeū qd est maximū maius. Mihi nāqꝫ aduocatū assumo i mediatoris officiū nomē tue maiestatis ac glorie: tetagrāmaton sanctissimuꝫ: qd indignus sum scire: nec etiā nominare: nec coniunctionē sillabarū ꝓnunciare: sꝫ tm̄ diuisione litteraꝝ pso. ne christe Joth. he. vau. thet vt hui⁹ sanctissimi nominis tui postponi ret pax. alpha ⁊ o. Adonay virtus hoc ipsuꝫ efficaciter obtineas: qd pura supplicantis deuotio taꝫ fideliter clamat. Cū enim tu qui es veritas inuiolabilis: ⁊ salus ipassibilis: pmittis per orationis instātiā in tuo noīe petētibus petitōis efficaciā: nephas est fidelibus dubitari tanti nominis iuocationē aliquatenus annulari. Ipsi quideꝫ subiecta sunt oia ⁊ mirabiliter deseruiūt vniuersa de quibuscunqꝫ p dicatur discernere: sentire: viuere: eē. Sicut enim ea q̄ ratione discernūt: ita ⁊ ea q̄ sine discretione sentiunt: ita ⁊ ea nibilominus q̄ sine sensu viuunt. adhuc autē ⁊ ea q̄ sine vita tm̄ existunt in cogitatione non errant. in subiectione non claudicāt: dū instituta seruāt: ⁊ disposita nō mutant. Licet enim qdā nature qbusdā distinctionib⁹ alie ab aliis dissentiāt: tamē omnes creature tue i te vno creatore ꝯcordāt. Nulla qppe eaꝝ cuiuslibet alteri⁹ plenitudine caret: sꝫ oēs oia in vno te possidēt: hoc catholice credens: ⁊ credendo confitens: confitendo ante deuꝫ omnipotentē: ⁊ ante omnes sanctos tuos: ⁊ ante hoc sanctum altare tuuꝫ prostratus tibi altissime: ⁊ corpe ⁊ mente humilior: humiliatus iuocoꝛ: inuocans iploro: iplorās inclamo te deū vnū oium inuisibilē: icōmutabilē: ⁊ per hoc tam vniuersale tam notum ⁊ admirabile nomē me exaudias: vt sicut nihil est tibi ipossibile. Quippe q ex nihilo cūcta creasti: sic ostēdas ex meo magno d̄siderio satisfaciēs mihi. Exaudi domine: placare domine: attēde ⁊ fac: ne moreris propter temetipsum deus meus: qꝛ

inuocatum est nomen tuum super me tam terribile ꝛ admirabile omnibus: qꝺ etiã sit ad salutem omniuꝫ fideliũ tuoꝝ bñdictũ ꝛ laudabile ꝛ superexaltatũ nunc ꝛ ante omnia per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Item oratio contra accusationes ꝛ machinatiões sal sas inimicorum.

Domine deus altissime q trib⁹ pueris: sydrac: mysac: ꝛ Abdenago de flãma ignis ardẽtis. Susannã de falso crimine. Ionã de ventre ceti. Danielẽ de lacu leonum liberasti. Domine qui mulieri in adulterio deprehense: a suis persecutoribus condẽnate tuã misericordiã non negasti. Sed dixisti misericorditer: non ego te condẽnabo: Non permitte nos famulos tuos multis criminibus deprehensos condẽnari in hoc seculo: neqꝫ in futuro: neqꝫ per inuidiã ꝛ accusationẽ ꝛ maledictõeꝫ ꝛ persecutionẽ inimicoꝝ nostroꝝ confusos puniri. Sed tu clementissime ab illoꝝ inuidia ꝛ detractione ꝛ odio ꝛ maledictione viuos ꝛ inconfusos nos erue ꝛ ꝯfringe laqueos dyaboli: ꝛ omniũ inimicoꝝ nostroꝝ visibiliũ ꝛ inuisibiliũ: quibus nos volunt decipere ꝛ cõfundere: vt nõ corruamus in conspectu aduersarioꝝ nostroꝛũ ne gaudeãt de nobis inimici nr̃i. Domine qui dissipas cõsilia gẽtiuꝫ ꝛ reprobas cogitatiões populoꝝ ꝛ reprobas cõsilia principũ: ꝛ dissipasti cõsiliũ architophelis: frange ꝛ confunde: dele ꝛ dissipa ꝑ misericordiã tuã omnẽ inuidiã ꝛ oẽs insidias: ꝛ mala consilia ꝛ accusationes ꝛ maledictiones omnium inimicoruꝫ nostrorum: quia nescimus vbi fugiamus nisi ad te deus noster. Qui viuis ꝛ regnas.

¶ Item oratio ad impetrãdum remissionem peccatorum ac finem bonũ tam pro se q̃ꝫ pro amicis ꝛ inimicis.

Domine deus pĩ oꝑs q iustis premiũ: ꝛ delinquẽtibus veniaꝫ ꝓmisisti: q nõ vis morteꝫ peccatoꝝ nec letaris in ꝑditiõe moriẽtiũ: te suppliciter deprecor: vt mibi famulo tuo. N. dones ꝑ merita sanctissime dei genitricis Marie ꝛ omniũ sãctoruꝫ ꝛ electoꝝ tuoꝝ: ꝛ per tuam misericordiã remissionẽ oiuꝫ peccatoꝝ meoꝝ: ꝛ ꝑducas me ad illã pñiam: ꝑ quã

dauid saluasti: ꝛ petruꝫ flentem respexisti: ꝛ Mariā magdalenam mundasti. Expelle domine iesu christe de corde meo que tibi displicent: ꝛ talem mihi infunde amorem: vt te perfecte diligere ꝛ timere possim vt nec cogitem vel desidereꝫ: nisi q̄d tibi domine placere cognouero. Deprecor te btissima virgo Maria tēplū domini: sacrariū spiritussancti: vt intercedas ꝓ me. Deprecor ꝛ vos sanctos archāgelos michaelem: gabrielē: raphaelem: ꝛ sanctos āgelos nobis ad custodiā deputatos cū nouē ordinibus angeloꝝ: vt iterueniatis pro me: Petrū: Paulum: Andreā Joānē apostolosqꝫ oēs: martyres: confessores: virgines: oēsqꝫ sāctos ꝛ electos dei vt dignētur mihi patrocinari quando ante tribunal eterni regis ꝑsentatus ero ad iudicandū. Cōmēdo tibi pijssime iesu christe oēs diligentes me: ꝛ qui mei curaꝫ gerūt: ꝛ qui mihi opē misericordie tribuunt: ꝛ oēs debitores meos siue ꝓpinquos. Et etiā domine ꝓ inimicis meis te peto: vt eos ad pacē cōuertas: ꝛ verā penitentiā agere cōcedas. Deprecor te dn̄e iesu christe vt oēs q mei memoriaꝫ habēt: ꝛ qui se indignis meis precibus cōmēdauerūt: ꝛ qui mihi aliquid charitatis vel pietatis ipēderunt: seu ꝛ illos q consanguinitate vel familiaritate vel cōpassiōis affectu mihi propinqui sunt: tam ipsos qui nūc cōsistūt in corpore q̄ȝ ipsos qui teguntur funere misericorditer gubernare: ꝛ illos visitare iubeas: vt tibi fideliter seruiāt: ꝛ ab omnibus tueātur aduersis. Et hos meqꝫ absoluas ab omnibus penis: ꝛ perducas ad requiem sempiternam: ꝛ hoc magnifice supplico: vt cum dies mortis mee aduenerit: tu ip̄e sequ iudicas cōtra accusatores fias mihi defensor: qui es bn̄dictus in secula seculoꝝ. Amē. Pater nr̄.

¶ Item oratio pro bono fine impetrando ad patrem.

In manus inextinguibilis tue misericordie pater sācte: pater iuste: ꝛ amātissime cōmendo spiritū meum ꝫm magnitudinem amoris quo se anima filij tui sanctissima in cruce tibi cōmendauit. Et rogo per illam inestimabileꝫ dilectionis charitatem qua tua diuina pa-

ternitas in se totam traxit il lam sanctissimam animam: vt in vltima mortis mee bo ra suscipias in eodem amo re spiritum meum: ⁊ me to tũ tibi intrabas: ⁊ quasi gut tã a que absorbeas: vt nusq̃ mihi sit mãsio: nisi i tevnico meo ⁊ vero gaudio. Amen.

Itẽ alia de eodẽ ad filiũ.

Ora te precor piissime ie su benignissime per il lam lachrymabilem vocem: qua in humanitate moritu rus pro nobis laboribus ⁊ doloribus passiõis adeo cõ sumptus es: vt te derelictuȝ a patre clamares ne lõge fa cias a me auxilium tue mise rationis in die afflictionis anime mee pre defectione ⁊ consũmatione spiritus te in uocare in extrema hora nõ valent: sed per triumphum sancte crucis ⁊ per virtuteȝ salutifere passionis ⁊ amoro se mortis tue cogita de ea co gitationes pacis ⁊ non affli ctiõis: sed misericordie ⁊ cõ solationis: ⁊ libera eam ab omnibus angustijs: ipsisq̃ manibus quas pro me i san cta cruce figi permisisti cla uis acutissimis. Jesu bone ⁊ dulcissime pater educ eaȝ a tormentis sibi deputatis: ⁊ perduc eam in eternam re quiem cum voce exultatio nis ⁊ confessionis. Amen.

Itẽ alia ẽt d eodẽ ad filiũ

O Secura mãsio: o tutuȝ patiẽtib⁹ refugium: ⁊ grata fessis pausatio p illam iocundissimã confidentiam qua tam secure de carnis er gastulo ad pñe benignita tis sinuȝ conuolasti. O Jesu bone presta misere aĩe mee migranti de hoc seculo fidũ ꝯductũ: ⁊ tutũ ad te ꝯfugiũ: ⁊ da vt ad hoc gratia tua me diante in hac vita bonis opi bus valeã peruenire. Amẽ.

Oratio sancti Bernardi ad iesum.

O Bone Jesu duo i me cognosco: naturã quã tu fecisti: ⁊ peccatum quod ego adieci: fateor domĩe: q₂ per culpam deformaui natu ram. Memento q̷ sum spi ritus vadens ⁊ non rediẽs: per me iui in peccatuȝ p me redire non possum. Tu bo ne Jesu tolle a me quod ego adieci: vt permaneat qđ tu fecisti: ne pereat qđ precio so sanguine tuo in cruce re demisti. Qui viuis ⁊ regñ.

Sequuntur nũc tres orõ nes de passione dñi multuȝ deuote: que a sacerdote pñt

dici i missa pro collectis: ita q̄ prima sit collecta ante epistolā. Secunda secreta. Tertia cōplenda. a non vero sacerdote dici possent ante & post eleuationem sub missa. Et dī q̄ dn̄s Innocētius papa. iij. ɔcessit cuilibet illas deuote dicēti remissionē oīuꝫ peccatoꝝ suoꝝ. ¶ Collecta.

Domine iesu xp̄e fili dei viui: qui redemptiōe nostra nasci & circūcidi voluisti: & a iudeis reprobari: a iuda osculo tradi: capi ligari: & cum vinculis anne: cayphe: herodi: pylato offerri: ac coram eis illudi: Colaphis: alapis: flagellis: arūdine cedi: Facie velari: & sputo conspui: spinis coronari: falsis quoqꝫ testibus accusari: & iudicari: & vt agnus innocens tuam crucem ferendo ad victimam duci. Clauis pforari: felle & aceto potari: atqꝫ in cruce morte turpissima condemnari ac lancea vulnerari. Tu p has sacratissimas penas ab omnibus peccatis & penis nos libera: & per sanctam crucem tuam illuc perduc nos miseros peccatores: quo perduxisti tecum crucifixum sero penitentem latronem. Qui viuis & regnas deus. Per.

¶ Alia oratio & potest eē secreta in missa.

Auxilientur nobis pie domie iesu christe omnes passiones tue: & defendāt nos ab omni tribulatione & angustia: ab omni dolore & tristitia: ab omni periculo & miseria: ab omni peccato & cordis imundicia: ab omni scandalo & infamia: a morbis malis aīe & corporis Et a morte subitanea & improuisa: & ab omni psecutione inimicoꝝ: visibiliū & inuisibiliū. Scimus enim q̄ i q̄cunqꝫ hora vel die passionis tue memoriā habuerimus: salui erimus. Ideo de imensa tua pietate confisi te dep̄camur piissime saluator: per benignissimas sāctissimasqꝫ passiones: vt benignos nos protegas auxilio: & cōtinua pietate ab oī malo nos conserues. Qui viuis & regnas.

¶ Oratio. iij. post cōmunionem in missa dicenda.

Domie deus de deo lumē de lumine: qui humanum genus ex precepto patris patibulo crucis proprio sanguine redimere dignatus es: te suppliciter exoramus: vt nō ſm peccata no-

stra facias nobis: sz scdm mi
sericordiam tuã saluos nos
fac indignos famulos tuos.
Tu quoqz exurge in adiuto
rium nostrum: z esto ibi no-
bis turris fortitudinis: z cly
peus inexpugnabilis iusticie
a facie tam corporalis qz in-
corporalis inimici: atqz ab
omni peccato z pena miseri
corditer nos liba: z ab oĩ ad
uersitate corporis z aĩe clemẽ
ter nos dfẽde. Qui vi. z re.

¶ Oratio cum gratiarum
actione ad patrem pro pas-
sione filij dicenda post eleua
tionẽ corporis christi in mis-
sa: per quã proculdubio ma
xime acquiruntur indulgẽ-
tie: z peccatorum omnium
remissio: si cum deuotione
debita dicatur.

Gratias tibi domĩe san
cte pater omnipotens
eterne deus referat omnis
lingua pro superabundãtia
pietatis tue qui vnico filio
cordis tui non pepercisti. sz
pro nobis illuz tradidisti in
mortem: vt tm̃ tanqz fidelez
aduocatum haberemus in
celis coraz te. Respice ergo
domine sancte pater de san-
ctuario tuo z de excelso celo
rum habitaculo. z intuere
hãc sacrosanctã hostiã quã
tibi offert magnus pontifex
noster sanct9 puer tuus dñs
iesus christus ꝑ peccatis fra
trũ suoꝝ. z esto placabilis su
per multitudine malitie no-
stre. q: vox sanguinis fratris
nři iesu clamat ad te de cru-
ce. Quis est eni domine qui
pendet in ea. Pendet inqz:
q: preterita quasi presentia
corã te sunt. Respice domi-
ne in faciẽ christi tui qui ti-
bi vsqz ad mortez factus est
obediens. nec recedant ab
oculis tuis in perpetuũ cica
trices ei9: vt memineris quã-
tam pro peccatis nostris sa-
tisfactionẽ susceperis ab eo.
Utinaz domine appẽdas in
statera peccata nostra: qui-
bus irã tuaz meruerimus: z
calamitatẽ quam passus est
pro nobis innocẽs filius tu-
us. Certe hec grauior appa-
rebit z magis digna. vt pro-
pter ipsam effundas miseri-
cordiã tuã super nos: qz sint
illa vt pro illis contineas in
ira tua misericordias tuas.
O domine sancte pater non
apparebo in conspectu tuo
vacuus. Quia quicquid fi-
lius tuus cũ in mundo esset
fecit: ꝑ me fecit. z quicquid
operatus est mihi operatus
est: qui nulla mala cõmisit.

nulla bona facere pretermi-
sit. Eius obsecro obediētia
excuset inobediētiam meā.
eius humilitas supbiā meā.
eius patiētia irā meaȝ. eius
abstinentia superfluitatem
meā. eius benignitas mali-
tiā meā. eius perfectio īper-
fectionē meam. Morē illi-
us morti quam mereor obij
cio. pen isi ipsius penas mihi
debitas a me repello. Etiaȝ
quidē fateor non feci dignā
penitentiaȝ. nec plenam egi
satisfactionem. Sed qđ mi-
hi defuit iesus pro me adim
pleuit. Debui quidē ampli-
us contristari penitendo: sȝ
anima eius tristis pro me fa
cta est vsqȝ ad mortē. Debui
plus supplicare orando. Sȝ
hic pro me factus in agonia
ꝓlixius orabat ⁊ sudore san
guineo defluebat. Oporte-
bat me melius facere emen
dando. sȝ iesus satisfecit pro
me moriēdo. Et si ego meri-
tis meis saluari dignus non
sum: tamen quia membrum
iesu credendo factus suȝ ab
eo amplius separari nō pos-
suȝ. hac fide hac pietate sub
nixus dignus quideȝ non ꝑ
me sed per dominicam gra-
tiā confido saluari me posse.
Ecce aduocatus meꝰ apud

te deuȝ ⁊ patrē. Ecce ponti-
fex sūmus q alieno non eget
expiari sanguine. q2 proprio
fulget profusus cruore. Ecce
hostia sancta beneplacēs ⁊
perfecta in odorem suauita-
tis. Ecce agnus sine macula
qui corā tondentibus se ob-
mutuit: q alapis cesus: spu-
tis illitꝰ: opprobrijs affectꝰ:
os suuȝ non aperuit. Ecce q
peccatum non fecit: pecata
mea ꝑtulit: ⁊ languores me-
os suo liuore sanauit. Aspi-
ce pijssime pater pijssimū fi-
liū tuū tā īpie pro me passuȝ
Respice rex clementissime
qui patitur: ⁊ reminiscere be
nignus ꝓ quo patitur. Nō-
ne hic est mi domine inocēs
ille quē vt seruū redimeres
filiū tradidisti? nunquid nō
auctor vite hic: qui vt ouis
ad occisioneȝ ductus tibiqȝ
obediens vsqȝ ad morteȝ fa-
ctus: atrocis nō timuit mor-
tis subire gemitus? Recole
totius salutis dispositor. q2
hic ipse est quem ⁊ si tua ex
virtute genuisti: mee tamen
infirmitatis participem fie-
ri voluisti. Vere hec est dei
tas tua que meaȝ induta na
turam crucis ascendit pati-
bulum: que in assumpta car
ne triste tulit supplicium. re

duc domine oculos tue pietatis sup opus ineffabile eximie charitatis. Intuere dilectū natū toto corpore extensum. Cerne manus innocuas pio manantes sanguine. & remitte placatus scelera q̄ perpetrauerūt manus mee. Cōsidera inerme latus crudeli percussum cuspide: & renoua me sacro sancto fonte illo quē ide credo profluxisse. Uide imaculata vestigia que non steterunt in via peccatorum. sed perambulauerunt in lege tua diris confixa clauis. & pfice gressus meos in semitis tuis. & fac me odio habere omnem viā iniquitatis. Nunquid non attendis pie pater adolescentis filij tui charissimū caput niuea ceruice deflexa precio sum resolutū in morte. Aspice mitissime cōditor dilecte sobolis humanitatē: & miserere super īfirmi plasmatis debilitatem. Candet nudatum pectus: rubet cruentatum latus. tensa arent viscera: decora languent lumina: regia pallent ora: procera rigent brachia: pendent crura marmorea: rigat terebratos pedes beati sanguinis vnda. Specta gloriosissime genito: gratissime prolis lacerata mēbra: & memorare benignus que mea substantia. Conspice dei hominis penā & reuela cōditi hominis miseriā. vide redemptoris supplicium: & remitte redēpti delictū. Hic est domine mi quē propter peccata populi pcussisti. Licet ipse sit dilectus in quo tibi bene complacuisti. Ecce ōps deus pater dn̄i nostri iesu christi: dispone benignus quō misearis mihi: qm̄ quicquid p̄ciosius inueni deuote obtuli: quicqd carius reperi: suppliciter presētaui. Nihil mihi reliqui quin tue exposuerim maiestati: enarraui tibi sanctissime sobolis mortē: quā p me credo fuisse ppessam. En supplicatio mea ppiciatio tua. hic attēde pius quē vere genueris filium: & quē redemeris seruū. Ecce spes mea tota fiducia mea. Si pro mea vt dignū est morior iniquitate: respice saltē miserās pro dilecte sobolis charitate. Attende in filio quomodo propicieris: ī seruo vide carnis sacramentū: & remitte carnis d̄lictū. Recole qd̄ bon⁹ ppessus ē fili⁹ & obliuiscere qd̄ malus ope

ratus est seruus. Per eundē filiū tuū dominū nostrum iesum xp̄m: q tecū z cū sancto spū i trinitate pfecta viuit z reg. deus p. o. se. se. Amen.

¶ Oratio ad filium de eiusdem passione valde bona.

Domie iesu christe qui pro nobis nasci voluisti vt nos a morte liberares: libera me ab omnibus peccatis meis. qui passurus aduenisti ꝓpter nos libera me a subitanea z iprouisa morte z ab eterna damnatione. Qui expansis in cruce manibus traxisti oīa ad te secula trahe me misericorditer z potenter post te per viā mādatoꝝ tuoꝝ: z libera me a peccatis proprijs z alienis: z pduc me quandoꝙ in consortiuȝ sanctoꝝ tuoꝝ: z abscondē scelera mea i sinu tuo sanctissimo: z ne refutes ea dyabolo z inimicis meis: sed tu ipse me misericorditer foue z enutri. Curaȝ habe de anima mea: quaȝ mihi dedisti: vt non pereat plasma tuum nobile. curā habe de corpore meo: vt nō pereat qđ plasmasti manibus tuis sanctis. Esto custos meus q es deus meus: vt te in necessitatib⁹ meis inueniā adiutorē: quē habeꝫ merui redēptorē. domine nō ƀꝫ merita mea exerceas super me vltionē tuaȝ: sed ƀm magnā pietatē tuam pie corrige vitā meaȝ: vt castis z sanctis moribus viuā. qͣdiu pietas tua viuere me sinat. dona mihi domine vt te in hac vita sic cognoscaȝ: vt me cognoscere digneris cū venero ante cōspectū tuum. Sic timeam vt a timore demonum liberari merear. da mihi mansionē cū oībus sanctis tuis i regno tuo. Et dignare me hodie z quotidie custodire z regere: z de omni peccato conseruare. z in hora exitus mei dignare mihi occurrere cū oīb⁹ sanctis: vt nullus demon voce aut vultu horribili mihi occurrat nec terreat: ƀꝫ sancti angeli tui me suscipiāt. z ibi me collocent vbi eterna visione tui satiari merear. Da mihi domine in hora exitus mei fidem rectam: spem firmam charitatem perfectaȝ: Bonum sensum: confessionem cuȝ penitentia: sacram perceptioneȝ corporis z sanguinis tui: z vnctioneȝ sacri olei: cum recta fide z sancta spe. Iube me tibi ille suȝ presentari: z cū venero añ te: ñ

abſcondas faciē tuam a me. Et noli mihi eē terribilis: ſʒ oſtende mihi vultū tuū mitem ⁊ placabileʒ. ⁊ iube me inter ſanctos tuos reſuſcitari: ⁊ ad dexterā tuā collocari. Et vulnera ſancta tua ad remediū aīe mee inſpicere. ⁊ felicē vocem tuaʒ audire. Uenite benedicti. ⁊ cū omnibus ſanctis tuis perenniter gaudere obſecro dn̄e ieſu: cūctas portas mee ciuitatis portas iuſticie facias: vt ingreſſus in eas ꝯfitear nomini ſancto tuo ⁊ ſancte maieſtati tue crebrius eā viſenti Non fetor elati corporis obruat: ſed ſalus occupet muros illius. ⁊ portas eius laudatio. Habitaculum cordis mei peccatoris dn̄e euacuet vicijs. repleatur virtutibꝰ: claudat dyabolo. et aperiat ſpiritui ſancto vt bonorum operum clauibus regni celeſtis ianuaʒ ingredi merear. Dirige me dn̄e in viā ſalutis eterne. ⁊ ꝯcede mihi peccatori vt deinceps ſemp te nouerim ⁊ diligam: ⁊ precepta tua cuſtodiā. ⁊ mādatis tuis obediā: ⁊ per tuam clementiaʒ aſſeq in p̄ſenti ſclo veniā oīum delictoꝝ meoꝝ vt in futuro eterna gaudia percipiā. Qui viuis ⁊ reg.

¶ Incipit pſalterium a btō Auguſtio cā pie ſue matris monice: terra mariqꝫ eiꝰ veſtigia inſequentis abbreuiatum qd̄ poteſt dici in extremis pro bono fine ipetrādo.

Domine deus p̄ops rex eterne glorie: q cuʒ cognoſcis beatuʒ eē q viā peccatoꝝ ſpernēs: legē preceptoꝝ tuorū meditat die ac nocte. Doce me peccatorē tibi cum toto cordis timore fideliter ſeruire: ⁊ vocē meā te humiliter inuocantē ita clemētiſſime auribus percipe vt me diu delinquētē in ira furoris tui ne derelinquas: Ne ille inſidians antiqſſimꝰ hoſtis rapiat vt leo aīam meaʒ duʒ nō eſt q redimat: neqꝫ q ſaluum faciat. Sed tu deus cuius nomē admirabile eſt in celo ⁊ in terra ita cōuerte inimicum meū retrorſuʒ vt infirmetur: et pereat a facie tua. Ne vnqꝫ irretiri valeat laqueis igneis aīa mea neqꝫ ſulphur ſpiritus ꝓcellaruʒ obglomeret me. Sed ꝓpter inopis miſeriā et gemitum pauperis nūc exurgēs reſpiceret. Exaudi me dn̄e q con.

filiū tōpis ⁊ ſpes eius es fac me ita igredi ſine macula: et operariū iuſticiā: vt grā mie tue ſit pars hereditatis mee Cuſtodi me vt pupillam ocu li: ſub vmbra alaꝝ tuaꝝ pte ge me: q: tu es virtus mea ⁊ firmamentū meū. Ab occul tis meis munda me dn̄e: et ab alieis parce famulo tuo Mitte mihi auxiliū de ſan cto: deſiderium aīe mee tri bue mihi. Libera me de ore leonis ⁊ d̄duc me p ſemitas iuſticie. Ut cū aſcendero in mōte ſctō tuo: ⁊ ſtetero in lo co ſancto. Innocēs manib⁹ ⁊ mundo corde. Delicta iu uentutis mee: ⁊ ignorantiaſ meas ne memineris. Ne p das cū impijs aīam meam: ⁊ ne tradideris me in manib⁹ pſequētiū me. Sed tu exau di ppitius vocem depcatio nis mee: ⁊ fac vt inuocē te ⁊ gloriam nominis tui audiaꝫ ⁊ clementer miſerearis mei. Et in te dn̄e ſperās nō ꝯfun dar in eternuꝫ. Sed remitte mihi impietatē cordis mei. Fiat miſericordia tua ſuper me ſicut ſpero ex oībus in te Dic aīe mee ſal⁹ tua ego ſuꝫ. Et quia in protectione alaꝝ tuarum ſpero. Da mihi pe titionem cordis mei. Et itē

de in adiutoriuꝫ meum dn̄e deus ſalutis mee. Notū fac mihi dn̄e finē meuꝫ: ⁊ nume rum dieꝝ meoꝝ vt ſciam qd deſit mihi. Exaudi ppitius vocem deprecationis mee: ⁊ educ me de lacu miſerie: et de luto fecis. Statue ſupra petraꝫ pedes meos ⁊ dirige in ſemitā rectā greſſus meoſ Nō declines greſſus meos a via tua vt diligam iuſticiā ⁊ odiam iniquitatem. Eſto mihi refugium et virtus q: tu es rex magnus ſuper om nem terraꝫ qui regis oēs in ſecula. Libera aīam meā de manu iferi: cū accepis eam. Cū autē manifeſte veneris ad iudicādū nos dn̄e miſere re mei de⁹ ſm magnā mīam tuā. Et ſpm̄ ſcm̄ tuū ne aufe ras a me. Auerte pijſſime do mine in illa hora facieꝫ tuaꝫ a pctis meis: ⁊ oēs iniquita tes meas dele. Cor munduꝫ crea in me de⁹: ⁊ ſpm̄ rectuꝫ īnoua in viſcerib⁹ meis. Et ſicut oliua fructifera in pa radiſo domus tue: oleuꝫ ac cipiā ſctītatis q̄liter exultet cū iacob ⁊ letificet cum iſrl̄. Salua me in tuo noīe tuaqꝫ me libera in virtute. Ne de ſpexeris deprecationeꝫ meā ſed miſerere mei. Mitte

de celo ⁊ libera me: ⁊ da in opprobriū conculcātes me. Contere dentes eorū in ore ipsorū: ⁊ ꝯfringe molas eoꝝ Deꝰ meꝰ tues mīa mea: me saluū faciat dextera tua. Et protegar a velamēto alarū tuarum: cū reddideris singulis iuxta opera eoꝝ. Cum sitit in te aīa ꝓtege me a conuētu malignātiū. Cū ad te oīs caro venerit: nō amoueas mīaꝫ tuā a me: ſꝫ illumina faciē tuā sup me. Prosperū iter fac mihi deus salutaris meus: vt nō absorbeat me ꝓfundum: neqꝫ apiat super me puteus os suū. Adiutor meus ⁊ liberator meus esto dn̄e: ne tardaueris. Et qm̄ i te spero dn̄e: nō confundar in eternū. Cum hi qui se elō gant a te perierint: ne auertar ego humilis a facie tua. Tu exaltatus ⁊ nimis terribilis qs resistet tibi extunc in ira tua. Tu es deus qui facis mirabilia magna solus. Sicut ppl'm tuū pane aluisti in deserto: a dsiderio suo nō fraudasti eū. Ita me esurientē grām tuam cito nunc ꝑueniat mīa tua Et dū hec vtor fonte lachrymarum: ⁊ amaritudine compunctionum. Tēpore tribulationis de pe

tra mellis dulcedinē capiaꝫ eterne suauitatis Deus qui in medio inter iustos et peccatores cūcta discernis: qui es solus altissimus sup oēs gētes: tribue mihi bn̄dictionem q̄ legē dedisti. Remitte iniquitateꝫ cordis mei: dimitte oīa pctā mea. Saluū me fac famulū tuū dn̄e: deꝰ meꝰ sperātē in te. Dn̄e q̄ fundasti eccl'iaꝫ tuā in mōtibus sctis: iclina aurē tuā ad pcē meā. Manꝰ tua auxilietur mihi: ⁊ ne auertas me i hūilitatē. Sed libera me de laqueo venātiū: ⁊ a ruina ⁊ a demonio meridiano. Ut plātatus in domo tua floreā: ⁊ sicut cedrus q̄ est in libano merear multiplicari i lōgitudīe dierū. Esto mihi dn̄e in refugiū deꝰ meꝰ i auxiliū spei mee: qm̄ tu es dn̄s ⁊ rex magnus sup oēm terraꝫ. Cū veneris iudicare orbē terre in equitate: ⁊ ppl'os i veritate tua. Luce penni fruar cū iustis: ⁊ cū rectis corde letitia. Saluū me fac dextera tua ⁊ brachiū scm̄ tuum. Qui sedes sup cherubin: fac me itrare in conspectu tuo cū exultatiōe: vt ambulē in inocentia cordis mei. Non adhereat mihi cor prauū: sed fint odī

tui sup fideles z sctōs tuos. Ut sedeā cum eis ambulās in via imaculata: cū disperdideris p iudiciū de ciuitate tua oēs q nunc operātur iniqtatē. Dn̄e exaudi oratio nem meā: z clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuā a me: in quacunqz die tribulor inclina ad me aurem tuā. Propitius esto oībus iniqtatibus meis redime de interitu aīam meā. Satia in bonis desiderium meum: q respicis terrā: z facis eā tremere. Qui eduxisti populū in manu moysi in exultatiōe: z electos tuos in letitia. Fac me custodire iudicium: z facere iustitiam in omni tpe. Educ me de tenebris z. vmbra mortis: vt parato corde cantē: z psalmuz dicā tibi. Fac mecū misericordiam ,ppter nomē tuum in splendoribus sanctorum: in concilio iustoꝝ: z ꝯgregatione. Justitia mea manet in seculum seculi: z cornu meū exaltet in gloria. Ut dum suscitari me iusseris z de stercore me pauperez erexeris: benedicam te et hoc nūc et vsqz in seculū. Et vt nūc cōplaceam tibi in regione viuorū: dirumpe nūc vincula

mea: z ꝯfirma super me misericordiā tuā. Cū in tribulatione inuoco te dn̄e exaudi me in latitudinē. Legem pone mihi dn̄e viaz iustitie tue: z reqram eaz semp. Da mihi intellectū vt pscruter legez tuam: z custodiā illam i toto corde meo. Erraui sicut ouis que perierat: reqre seruum tuū dn̄e: qz mādata tua nō sum oblitus. Custodi introitū tuū z exitū meū. Jn domū enim tuaz stantes sunt pedes mei in atrijs tuis hierusalē. Ad te leuaui oculos meos: q habitas in celis Et eripe aīaz meā de muscipula venātiū: vt nō extendā ad iniqtatē man⁹ meas. Reple gaudio os meū: z linguā meā exultatiōe. Jmple desiderium meū in bonū: z benedic me in excelsum: vt videaz que bona sunt hierusalem: longe ab oī iniquitate. Fiant aures tue intendētes i n oratiōnē serui tui domie. Non sit exaltatū i superbia cor meū: neqz elati sint oculi mei. Sed humiliter sentiaz donec veniā in locū dn̄i: tabernaculum dei iacob. Jbi mandasti benedictionē z vitaz vsqz in seculū: vbi z ego extollā man⁹ in sancta z be.

nedicaz tibi q iudicas ppl̃m tuū. Et in seruis tuis cōsola beris deus deoꝝ z dñs do minoꝝ. Deflentéme z ado. rantē ad tēplū sanctū tuum. pba me deꝰ z scito coꝛ meū: interroga me z cognosce se. mitas meas: et deduc me in via eterna. Cōserua me dñe d̄ manu pctōꝛis: z ab hoibꝰ iniqs libera me. Dirigatur oratio mea: sicut incēsum in conspectu tuo dñe. Educ de carcere aīam meā: ad ꝯfiten dū nomini tuo: qm̄ tu es mi sericoꝛdia mea z refugiū me um z susceptoꝛ meꝰ. Et qm̄ magnus es z laudabilis ni mis: z magnitudinis tue nō est finis. Erige elisum. Sol/ ue cōpeditū. Illumina cecū tu q edificas hierusalē. Cuz aūt ꝯfoꝛtaueris seras poꝛta. rum eius: z intrinsecus cōsi lijs eius fuerīs copulatꝰ vbi te laudāt angelice oēs virtu tes tue in regno celoꝛū. Ibi z ego exultās cū gloꝛia ī cho ro sanctoꝛ: in cymbalis la bioꝛ laudē z gloꝛificē nomē tuū qđ ē sctm̄ z gl'iosuz z re. gnat p infinita s̄p scl'oꝛ scl'a.

¶ Letania post predictum psalteriū dicēda pro fine bo no ꝯsequēdo. kyriel. Xp̄e elei son. Xp̄e audi nos. Salua/ toꝛ mūdi rege z custodi ani. mā meā z vitā meā inter tē tatiōes huiꝰ mūdi: z ī extre mis meis adiuua me. Sācta Maria oꝛa ꝑ me: ne subito z ïparatꝰ de h̄ mūdo trāseā. Sancta dei genitrix oꝛa pro me: ne subito zc̄. vt. s̄.

Omnes scti angeli z archā. geli: oꝛate ꝑ me: ne subito

Oēs scti ꝑncipatꝰ z ptātes: oꝛate ꝑ me: ne subito.

Oēs scti throni z dñatiōes: oꝛate ꝑ me: ne zc̄.

Omnes sancte virtutes: oꝛa te pro me zc̄.

Oēs scti cherubī z seraphī: oꝛate ꝑ me: ne.

Oēs sci ꝑiarche z pphete: oꝛate ꝑ me: ne subito.

Oēs sancti apl'i z euāgeliste oꝛate ꝑ me: ne subito.

Omnes sācti discipuli dñi: oꝛate pro me vt simplex z intentus ad deum de hoc mundo transeam.

Oēs sancti martyres oꝛatē ꝑ me vt spe firma: fide ro busta: deum cōfitendo de hoc mūdo transeam

Oēs scti ꝯfessoꝛes oꝛate pro me vt pura ꝯfessione z pe nitentia z idulgētia recō ciliatus deum cōfitendo. de hoc mundo transeam.

Oēs scte virgines et vidue

orate p me vt amare flen. do z orãdo p dilectis meis feliciter de hoc mundo transeam.

Oés sancti orate pro me vt a vinculis peccatorũ ab. solutus liber ad deum de hoc mundo transeam.

Propitius esto: parce mihi in extremis meis ne pro. pter pctã mea segregatus a te moriar extra.

Ab omni malo in extremis meis libera me vt in die iudicij per te securus in te moriar gauisurus.

Per crucẽ tuã z per itercef. sionẽ oĩum scõz tuorũ in extremis meis libera me vt moriar btũs in te.

Peccator z iniqu⁹: miser et flagitiosus p vltima hora mortis: te rogo exaudi me dñe: vt i extremis laborã ti succurrere digneris: te rogo exaudi me dñe.

Et aiam meã de hoc mũdo migrantem ad locũ quie. tis et gaudij per angelos tuos deduci iubeas. Te rogo exaudi me dñe.

Fili dei in extremis meis parce peccatis meis: z mi serere mei.

Agne dei qui tollis peccata mundi: in extremis meis succurre mihi z misere mei Xpe audi nos. Kyrieeleison Xpeeleisõ. Kyrieeleison Pa ter nr̃. Ne reminiscaris do. mine delicta mea vel parẽ. tum meoz: neq vindictam sumas de peccatis meis: et in extremis meis non sinas itéresse z in me pualere dia. bolum: aut nouissima mea deterrere ptãtes tenebrarũ Sz psta p intercessionẽ oĩuz sctõz tuoz vt tuo angelo p. sente transitus meus de hoc seculo spe firma regaẽ: fide catbolica muniaẽ: ac tot⁹ ip. sius anime exit⁹ i te et sm te fiat ne se itermiscere audeat angelus malus: aut locum iuadẽdi bẽat te tra cohora z maligna diaboli. In man⁹ tuas z misericordiam tuam dñe deus pius creator me⁹: z redẽptor z liberator me⁹. Pater z filius z spũssanctus cõmendo aiã z corpus meũ sensus meos z intellectum meum memoriam et fidem meã: spem z pseuerantiam meã: visum: auditũ: gustũ: odoratũ: z tactũ: z oẽs cogi. tationes: locutiones: actio. nes: oẽs necessitates meas. oĩaq interiora et exteriora mea in aĩa z in corpore: in vi ta z in morte: z in hora vlti.

me necessitatis mee. Dispone ea deus meus secundum voluntatem et pietatem tuam: meaque necessitatem et salutem: et perduc me propter honorem nominis tui cum fidelibus tuis ad beatam eternam requiem. Amen.

¶ Dignare me hodie et quotidie custodire et regere: et de omni peccato conseruare. Et in hora exitus mei dignare mihi succurrere: vt nullus demoniorum voce seu vultu horribili me terreat: neque in me preualeat. Sed sancti angeli tui me suscipiant: et ibi me collocent: vbi eterna tua visione satiari merear: da mihi domine in hora exitus mei fidem rectam: spem firmam: charitatem perfectam. bonum sensum: confessionem puram cum vera penitentia: perceptionem sacri corporis tui: et vnctionem sancti olei: cum recta fide et sancta spe. Iube me domine illesum presentari: et cum venero ante te nolimihi esse terribilis: sed ostende mihi vultum tuum mitem et placabilem: et iube me inter sanctos et electos tuos resuscitari: et cum eis perenniter gaudere. Per dominum.

¶ Legitur in vita sancti Bernardi abbatis Clareuall. quod demon sibi semel apparuit: dicens se scire octo versus in psalterio: quos qui quotidie diceret tanti meriti acquireret ac si totum psalterium dauidicum decantasset. Et cum beatus Bernardus instaret vt sibi eosdem versus ostenderet: Ille vero hoc facere recusaret. Tunc beatus Bernardus. Scio inquit quid faciam. nam quotidie legam totum psalterium deinceps: sicque predictos versus non omittam. Quod cum audisset demon: ne tam bonum faceret: potius sibi hos versus ostendit. Sunt autem hi qui sequuntur.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis. Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi. Fac mecum signum in bono: vt videant qui te oderunt et confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me. Dirupisti domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis et nomen domini

inuocabo. Periit fuga a me: et nō est q̄ requirat aīam meā. Clamaui ad te dn̄e: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Oratio dicenda post hos versus.

Omnipotēs eterne deus: q̄ Ezechie regi iudeꝫ cum lachrymis humiliter deprecāti vite spatiū protendisti: cōcede mihi idigno famulo tuo ante diē mortis mee tantū vite spaciuꝫ quo ad mensuraꝫ: vt oīa peccata mea valeam deplorare et veniā ac grāꝫ sm̄ miam tuā cōsequi merear. p xp̄m dn̄m nr̄m.

Item alia oratio.

Domine iesu xp̄e p illā amaritudineꝫ mortis quā sustinuisti p me i cruce: marime cuꝫ aīa tua egressa fuit d̄ corpore tuo: miserere aīe mee i egressu suo. Amē.

Sequit̄ oīo venerabilis Bede p̄sbyteri de septē verbis vltimis q̄ domin⁹ iesus xp̄s loquebat̄ pendēs in cruce: de qua fert̄ q̄ q̄cunqꝫ eā flexis genib⁹ deuote dixerit nec demonis nec mali hoīs nocumēta patiet̄: neqꝫ incōfessus morietur: et est ista.

Domine Jesu xp̄e q̄ septeꝫ verba vltimo die vite tue in cruce pēdēs dixisti: vt semper illa sāctissima verba in memoria habeam. Rogo te p virtuteꝫ illorum septē verboꝝ: vt mihi parcas q̄cq̄d peccaui aut cōmisi in septeꝫ pctīs mortalibus: aut ex illis procedentib⁹. s. superbia: auaricia: luxuria: inuidia: gula: ira: accidia. Sicut eniꝫ tu dixisti: Pr̄ ignosce crucifigētib⁹ fac vt amore tuo parcā cunctis malefacientibus mihi. Et sicut tu dixisti latroni: Hodie mecū eris i p̄adiso: fac me ita viuere vt in hora mortis mihi dicas: Hodie mecū eris in celo. Et sicut tu dixisti m̄ri tue: Mulier ecce fili⁹ tuus. Deinde dixisti discipulo: ecce mater tua. Fac vt matri tue societ me amor tuus et charitas vera. Et sicut tu dixisti: Hely hely: lamasabatani: h̄ est: deus meus deus meus: vt qd dereliq̄sti me. Fac me in tp̄e tribulationis et angustie mee dicere pater mi dn̄e miserere mei et adiuua me: q: tuo p̄prio sanguine redemisti me. Et sicut tu dixisti. Sitio. s. salutē aīaꝝ sanctaꝝ que in limbo iferni sunt ad uentū tuū expectantes. Fac vt sp̄ sitiā et diligam te fontē aq̄ viuentis: fontē eterni

luminis toto cordis deside rio adamanduz. Et sicut tu dixisti: Pater in manus tu. as cōmendo spiritū meum. Recipe me venientez ad te: qz nūc ɔstituisti mihi termi nū tpis vite mee. Et sicut tu dixisti. Cōsummatū ē: quod significat labores z dolores: quos pro nobis miseris pati volueras. Fac vt audire me rear illā dulcissimā vocē tuā scilicet veni amica mea dile cta mea: qz iā disposui penu rias tuas ɔsummari: veni vt mecum sedeas cum angelis meis in regno meo epulari: iocundari z morari: per infi nita seculorum scla. Amen.

¶ Sequitr orō scti Grego/ rij pape de qnqz vulneribus xpi iesu. Et qcūqz hanc cum deuotione dixerit: habebit quingentos annos indulgē tiarum. Et est sciendum qꝫ semp in fine vnius clausule dz dici. Pr nr. Aue maria.

Aue man⁹ dextera xpi perforata plaga tristi nos ad dexteram iube sisti: quos per dexterā redemisti Pater noster. Aue maria.

Aue palma iesu leua: sic con fixa manu seua: nos ab eue malo leua: quos pdurit ma ter eua. Pr nr. Aue maria

Aue vulnus dexteri pedis edē mētis pie ledis dū ad eā sepe redis esto nobis spes mercedis. Pr nr. Aue ma. Aue plaga leue plāte q̄ vir. tutuz crescūt plante nos ab hoste supplantātē contuere post z ante. Pr nr. Aue ma. Aue latus lanceatum vnde fluxit flumē gratum pbe no bis conducatū ad eterne vi te statum. Pater nr. Aue. ℣. Uulneratus est propter ini quitates nostras. Attrit⁹ est propter scelera nr̄a. ¶ Orō.

Once de q̄s oꝑs deus: vt sāctissima vulnera dulcissimi filij tui dn̄i nostri iesu xpi cordib⁹ nostris im primant: eisqz vehementer adhereāt mētesqz nr̄as illu minēt: z i tuo sanctoz vicio faciant amore feruētes: per eundem christum.

¶ Orōnes dicēde ad imagi nez pietatis q̄ apparuit sctō Gregorio: z dz dici cū qnqz Pr nr. et totidē Aue maria p qbus habētur maxime in dulgentie ab eodem sancto Gregorio: z alijs q̄plurib⁹ summis pontificibus.

O dn̄e iesu xpe adoro te in cruce pendentez z coronam spineā in capite portantem. Deprecor te vt crux tua libe

ret me ab angelo percutiente. Pater noster. Aue.

¶ O domine iesu christe: adoro te in cruce vulneratum: felle et aceto potatum: Deprecor te vt vulnera tua sint remedium anime mee. Amen. Pater nr. Aue maria.

¶ O dñe iesu xpe adoro te in sepulchro positũ: myrrha et aromatibus conditum: Deprecor te vt mors tua sit vita mea. Pr nr. Aue maria.

¶ O dñe iesu xpe adoro te descẽdẽtem ad iferos et tuos inde liberãtem: deprecor te vt illic nunq̃ me patiaris introire. Pater noster.

¶ O dñe iesu xpe adoro te a mortuis resurgẽtem et ascẽdentẽ in celum: sedentẽq; ad dexterã patris: deprecor te vt illuc te sequi: et tibi p̃sentari merear. Pr noster.

¶ O dñe iesu xpe pastor bone iustos conserua: peccatores iustifica: oibus fidelib[9] miserere et propitius esto mihi misero et indigno peccatori. Amen. Pater.

¶ O dñe iesu xpe rogo te per illam amaritudinem passionis tue quam in hora mortis sustinuisti: maxime tunc qñ anima tua sanctissima de benedicto tuo corpore est egressa: miserere aĩe mee in egressu suo de corpore meo. Amen. Oratio.

Obsecro te domine iesu xpe vt passio tua sit virtus mea qua muniar et ptegar et defẽdar: vulnera tua sint mihi cib[9] et potus qbus inebrier et delecter Aspersio sanguinis tui sit oium pctõrũ meorum ablutio. Mors tua sit mihi glia sempiterna: in his sit mihi refectio: exultatio: sanitas: studiũ: gaudium: desideriũ corporis et aie nũc et in ppetuũ. Amen.

¶ Salutationes ad oĩa mẽbra xpi: quas q deuote dixerit p quolibet salue. ccc. dies idulgentiarum obtinebit.

Salue tremẽdum cũctis ptãtibus caput saluatoris nri Jesu xpi p nobis spinis coronatũ et arũdine p cussum. Saluete benignissimi oculi dñi nri Jesu xpi p nobis lachrymis pfusi. Saluete nobilissime aures dñi nostri Jesu xpi pro nobis cõtumelijs et opprobrijs affecte. Salue sacratissimum os: gutturq; suauissimum domini nostri iesu christi pro nobis felle et aceto potatum Salue facies pulcherrima

angelis hominibusq3 deside-ratissima domini nostri iesu christi pro nobis cōsputa ab impijs alapisq3 cesa. Salue humile collum domini nostri iesu christi pro nobis indignis colaphizatum: dorsum sanctissimū flagellatū. Saluete venerabiles man⁹. Brachiaq3 domini iesu xp̄i pro nobis in cruce extensa. Salue mitissimū3 pectus domini nr̄i iesu xp̄i pro nobis in passione conturbatū Salue mundissimū3 cor dn̄i nostri iesu xp̄i p̄ nobis lancea militis perforatū: vnde exiuit sanguis τ aqua p̄ redemptione nostre salutis. Salue te veneranda genua domini nr̄i iesu xp̄i pro nobis ad orōnē flexa. Saluete adorandi pedes dn̄i nr̄i iesu xp̄i p̄ nobis clauis affixi Salue totū corpus dn̄i nostri iesu xp̄i p̄ nobis patibulo crucis vulneratū: mortuū τ sepultum. Salue sacer et speciosissime sanguis dn̄i nostri iesu christi p̄ nobis miseris peccatoribus de latere ei⁹: ac de toto corpore large manās. Dilue obsecro cuncta crimina nostra τ nō finas perire pro quorū effusus es redemptio ne. O bone iesu p̄ hec sacratissima mēbra tua τ pijssimā passionē3 tuā: da mihi in tribulatiōe auxiliū: ī psecutione solatiū3 in omni tpe tētatiōis v̄tutē. Da mihi q̄so de p̄teritis malis veniā: de presentibus emēdationē: de futuris largiri digneris custodiam. Qui viuis.

¶ Ad arma xp̄i salutatio.

O Ruci clauis: corōe spinee flagell' sacroq3 ferro lancee honore3 īpēdam⁹: hec sunt enim vexilla regia: p̄ que corone gaudia perpetue speramus. ℣. Adoram⁹ te xp̄e τ bn̄dicimus tibi. ℟. Quia p̄ scām crucem tuam redemisti mundū. Orō.

DEus q' diuersa℞ pena rū tuarū īsignijs signatis passionis tue victoriam nobis demōstrasti: cōcede p̄picius ita nos sacratissime passionis tue arma venerari: vt īsignia signata penarū eternarum per tui sacri sanguinis effusionem in nobis misericorditer deleantur. Qui viuis. ¶ Notandum q̄ quicunq3 arma passionis christi deuote intuetur: eademq3 veneratur: si de peccatis suis vere cōfessus fuerit τ cōtritus: habebit tres annos īdulgētiarū a Leone

papa. ꝛ a.xxx. summis pōtifi cibus a quolibet centū dies ꝛ a cētū ꝛ.xxviij. epis a quo libet eoꝝ.xj. Quas indulgē tias cōfirmauit Innocētius q̄rtus ī cōcilio Lugdunēsi: ꝛ addidit ad h̄ ducētos dies.

¶ Sequunt nunc q̄ndecim oꝛones de passiōe dn̄i reuelate scē Brigide regine sue tie deuotissime mulieri: cuȝ eēt rome reclusa apud sctm̄ Paulū. Cuȝ enim diu scire desiderasset numeꝝ vulneꝝ dn̄i iesu: quadam die apparuit ei dn̄s dicēs: Corporis mei vulnera tot erāt. s. q̄nqȝ milia quadringenta ꝛ octoginta: quas si cū veneratiōe aliqua ꝑsequi volueris. xv. Pater noster ꝛ totidē Aue maria dicēs quottidie p annum integrū sicqȝ reuoluto anno vnūquodqȝ vuln⁹ venerabiliter salutasti. Eamqȝ docuit sequentes orationes ad vnūquodqȝ pr̄ nr̄ vnam oratione adijciens: qͥcūqȝ per circulū anni vni⁹ easdeȝ orationes deuote frequētauerit: de eius ꝓgenie. xv. aīe de purgatorio liberabunt: ꝛ.xv. iusti eiusdē ꝓgeniei in bono statu ꝯfirmabuntur. ꝛ xv. pctōres adhuc in mūdo existentes ꝯuertentur: ꝛ cuȝ hoc ipse ꝯsequet gradū pfectionis: ꝛ agnitionē ꝛ amaram ꝯtritionē oīum peccatorū. Dn̄s quoqȝ addidit eisdem. q has orationes cōpleuerit: dabo sanctissimū corpus meū ante obituȝ eius p xv. dies. vt ppter hoc libere tur ab eterna esurie et p̄cioso sanguine meo potabo eū ne sitiat in eternū. Signūqȝ victoriosissime crucis mee ponā ante eū in subsidiū cōtra oēs inimicos. Et an̄ eius obitū veniā ad eum cū dilecta genitrice mea v̄gine maria ad aīam eius benigne suscipiendā ꝛ ducā ad gaudia eterna: ꝛ cū eū illuc pdurero: ꝑpinabo eis singularem haustū de fonte ꝛ calice deitatis mee: quod alijs non faciam q hanc oꝛonē nō cōpleuerint. Multasqȝ alias adiunxit ꝑerogatiuas et grās quas enarrare longuȝ esset.

¶ Prima oratio.

O Jesu xp̄e eterna dulcedo te amātiū: iubilus excedens omne gaudiū ꝛ oē desideriū salus ꝛ amator peccatorū: q delicias tuas testatus es eē cū filijs hoīum: pp hoīeȝ hō factus: in fine temporū. Memento oīs p̄meditationis et intimi meroris:

quē in humano corpore su/stinuisti:instante saluberri/me passionis tue tpe in diui no corpore pordinate. Me/mento tristitie z amaritudi nis quā in aīa teipso testāte habuisti:qñ in vltima cena discipulis tuis corpus z san guinē tuū tradidisti: pedes eoruz lauisti: z dulciter eos cōsolando iminentez passio nem predixisti. Memento oīs timoris angustie z dolo ris:quē in tuo corpore deli. cato añ passionē crucis tue pertulisti:qñ post trinaz ora tionē z sanguineū sudorem tradebaris a iuda discipulo tuo:z ab electa gente capie baris.a falsis testibus accu sabaris:a tribus iudicibus iniuste iudicabaris:i electa ciuitate:i pascbali tpe in flo rida corporis iuuentute ino cent dānabaris:veste ppria eruebaris:vestibus alienis induebaris: colaphyzatis oculis z facie velabaris: ala pis cedebaris: ad colūnam ligabaris spinis coronaba. ris:arundine in capite ferie baris:z inumerabilib⁹ alijs calumnijs lacerabaris. Da mihi queso ob memoriā ha ruz ante crucē tuā passionuz verā ante mortē meā contri tionē:purā confessionez: di gnam satisfactionē ac oīum peccatoruz meoruz remissio nem. Pater nr̄. Aue maria.

¶ Secunda oratio.

O Jesu mūdi fabricator quē nulla dimensio vo terminometit. qui terrā pal mo cōcludis. Recordar ama rissimi doloris quez sustine bas cū sanctissimas manus tuas ad crucē obtusis clauis primo affixerunt z ad perfo randū delicatissimos pedes tuos cū nō esses cōueniēs vo luntati eoz dolorē sup dolo rez vulneribus tuis addide runt:z ita crudeliter destru xerunt z extenderunt in lon gum z latū crucis tue:ita vt dissoluerent cōpages mem broruz tuoz. Depcor te per huiusmodi sacratissimiq̄ ī cruce doloris memoriam vt des mihi tiorez z amorē tuū Pater nr̄. ¶ Tertia oro.

¶ O Jesu celestis medice recordare lāguoris: liuoris z doloris:quos ī alto crucis patibulo leuatus passus es in oībus dilaceratis mēbris tuis:quorū multū in suo sta tu recte permanserat:ita vt nullus dolor similis tuo do lori inueniretur:q: a planta pedis vsq̄ ad vticez capitis

nō fuit in te sanitas: ⁊ tñ om-
niū doloꝝ īmemor pꝛeꝫ pro
inimicis exoraſti dicēs: Pꝛ
ignoſce illis: qꝛ neſciunt qd
faciūt. Per hanc miſericoꝛ-
diā ⁊ ob memoꝛiā illiꝰ dolo-
ris concede vt hec memoꝛia
paſſionis tue amariſſime: ſit
oīuꝫ pctōꝝ meoꝛuꝫ plena re-
miſſio. Amē. Pꝛ nr̄. Aue.

℄ Quarta oratio.

℄ O ieſu vālibertas ange-
loꝝ: paradiſus dliciaꝝ: me-
mēto meroꝛis ⁊ hoꝛroꝛis qs
ſuſtinebas cum oēs inimici
tui qñ leones ferociſſimi in
te circūſteterūt: ⁊ colaphiza
tionibus: ꝯſputionibꝰ: vn-
gulatōibꝰ: ceteriſqꝫ inaudi
tis penis te moleſtauerūt: et
p oīa ꝯtumelioſa verba: du
riſſimaqꝫ tormenta dñe ieſu
xpe: qbus te oēs inimici tui
affliixerūt: depꝛecoꝛ te libe-
res me ab omnibꝰ inimicis
meis viſibilibus ⁊ īuiſibili-
bus: ⁊ dones me ſub vmbꝛa
alarū tuarū ꝓtectionē ſalu-
tis eterne inuenire. Pꝛ nr̄.

℄ Quīta oīo. ℄ O ieſu ſpe
culum claritatis eterne: me-
mēto illiꝰ memoꝛie quaꝫ ha-
buiſti qñ in ſpeculo ſereniſ-
ſime maieſtatis tue conſpe-
xiſti pꝛedeſtinationeꝫ electo
ruꝫ tuoꝝ per merita tue paſ
ſionis ſaluādoꝝ ⁊ repꝛoba-
tionem maloꝝ multitudine.
Et p abyſſū miſeratiōis tue
q̄ nobis pditis pctōribꝰ ⁊ de
ſperatis tūc cōdoluiſti. Et p̄
cipue quam latroni in cruce
exhibuiſti dicēs. Hodie me-
cum eris in paradiſo. Rogo
te pie ieſu facias mecum m ī
ſericoꝛdiam in hoꝛa moꝛtis
mee. Pꝛ nr̄.

℄ Sexta oīo.

℄ O ieſu rex amabilis vni-
ce amice totus ⁊ deſiderabi
lis. Memento illius mero-
ris queꝫ habuiſti qñ nudus
⁊ miſerabilis in cruce pepē-
diſti: ⁊ oēs amici et noti tui
aduerſum te ſteterūt: ⁊ nul-
lū ꝯſolamē īueniebas: ſꝫ ſo-
lū dilectā genitricē in ama-
ritudine aīe mee tibi fideliſ-
ſime aſtantē: quaꝫ diſcipulo
tuo cōmēdaſti dicens: Mu-
lier ecce filiꝰ tuus. Rogo te
pie ieſu per gladiū doloꝛis:
q tunc eiꝰ aīam ptranſiuit vt
compatiaris mihi in oībus
tribulationibꝰ ⁊ afflictioni-
bus meis coꝛpoꝛalibꝰ et ſpi-
ritualibus: ⁊ da mihi conſo
latiōē in tempoꝛe tribula-
tionis mee. Pater nr̄.

℄ Septima oratio.

℄ O ieſu fōs īexhauſte pie-
tatis: qui ex intimo affectu
in cruce dixiſti. Sitio. ſ. ſalu-

tem humani generis: accende q̄s oīuz desiderium ad oē opus perfectū: ꝛ sitim carnalis cōcupiscentie: ꝛ estuz humane delectationis in nobis penitus refrigera ꝛ extingue. Pr nr̄. ¶ Octaua oīo

¶ O iesu dulcedo cordium ingensqꝫ suauitas mentium per amaritudinez aceti ꝛ fellis quā pro nobis sustinuisti ꝛ degustasti in hora mortis nostre concede nobis corpꝰ ꝛ sanguinem tuum digne ꝑcipere ad remedium ꝛ consolationem animarum nr̄arum. Pater nr̄. Aue.

¶ Nona oratio.

¶ O iesu regalis virtꝰ: ꝛ iubilusqꝫ mētalis. Memēto angustie ꝛ doloris quaz passus es qn̄ pre mortis amaritudine ꝛ iudeoꝝ īsultatione cum magna voce te a deo patre derelictum clamasti dicens: Deus meus deus meus: vt quid me dereliquisti. Per hāc angustiam peto te: vt in angustijs nostris non derelinquas nos dn̄e deꝰ noster. Pr̄ nr̄. ¶ Decima oīo.

¶ O iesu alpha ꝛ o: vnio et virtus in oī medio: Recordare qꝫ a sūmo capitis vsqꝫ ad plantaz pedis te ꝑ nobis in aqua passiōis tue dimersisti propter latitudinem ꝛ lōgitudinem vulnerum tuoꝝ doce me per veram charitatem latum mandatum tuum nimis in peccatis dimersuz Pater noster.

¶ Undecima oīo.

¶ O iesu abyssus ꝓfundissime misericordie. rogo te ꝑpter profunditatē vulneruz tuorum que transierunt carnis tue medullam ossium ac viscerū tuorum: vt me submersum in pctīs emergas: abscondasqꝫ me in foraminibus vulnerum tuoꝝ a facie ire tue donec pertrāseat furor tuus dn̄e. Pr̄ noster.

¶ Duodecima oīo.

¶ O iesu veritatis speculū signum vnitatis: charitatis vinculum. Memento innumerabilium vulnerum tuorum multitudinem quibus a summo capitis vsqꝫ ad imū pedis vulnetatus fuisti: ꝛ sanctissimo sanguine tuo rubricatus. quam magnitudinē doloris tui in virginea carne pertulisti ꝑ nobis. Pie iesu quid vltra debuisti facere quod non fecisti. Scribe queso pie iesu omnia vulnera tua ī corde meo preciosissimo sanguine tuo vt in illis legam dolorem

tuū ꝛ amorē: vt in gratiarū actione vsq₃ in finē iugiter pseuerē. Pater noster Aue.

¶ O ratio tredecima.

¶ O iesu leo fortissime rex immortalis et inuictissime. memēto doloris quē passus es cū oēs vires cordis ꝛ corporis tui tibi penitus defecerunt ꝛ inclinato capite cō summatū ē dixisti. Per hāc angustiam ꝛ dolorē₃ miserere mei in vltima cōsummatiōe exitus mei: cum aīa mea anxiata est ꝛ spūs meus cōturbatus est. Pater nr̄. Aue.

¶ O ratio quartadecima.

¶ O iesu vnigenite altissime patris splendor ꝛ figura substantie eius. Memento obnixe cōmendationis qua patri spiritū tuū commēdasti dicēs: In manus tuas cōmendo spiritū meū. Et lacerato corpore: rupto corde: cum valido clamore: patefactis visceribꝰ misericordie tue ꝑ nobis redimendis expirasti. Per hāc preciosissimā₃ mortē preter te rex sanctorū conforta me ad resistēdum dyabolo: mūdo: carni: ꝛ sanguini: vt mūdo mortuꝰ tibi viuā. ꝛ i nouissima hora exitus mei reuerentē meum spiritum exulem et peregrinum suscipere ad te. Pr̄ nr̄. Aue.

¶ O ratio qndecima.

¶ O iesu vitis vera ꝛ fecunda. Memēto superfluentis ꝛ abundantis effusionis sanguinis tui quē tu sicut ō botro expsso copiosissime effudisti quādo in cruce torcular solus calcasti: ꝛ lācea militari perfosso latare nobis sanguinē ꝛ aquā propinasti: ita vt nec minima gutta i te remaneret: tunc demum q̄si myrre fasciculus in altū₃ suspensus fuisti: et delicata caro tua euanuit: ꝛ liquor viscerum tuorū exaruit et medulla ossium tuorꝫ emarcuit Per amarissimā passionē₃ ꝛ preciosi sanguinis tui effusionē: pie iesu precor te suscipe aīa₃ meā i agone mortis mee. Amē. Pater nr̄. Aue.

¶ O ratio sedecima

¶ O dulcis Jesu vulnera cor meū vt penitētia et amoris lachryme sint mihi panes die ac nocte. ꝛ conuerte me totaliter ad te vt cor meum pie perpetue fiat habitabile ꝛ ꝯuersatio tibi placita sit et accepta. Ac finis vite mee ita laudabilis vt ꝑ huius vite terminu₃ te merear laudare cū sanctis tuis omnibus in seternum. Amen.

¶ Itē post quinqȝ pater nr̄ semp dic orōnē sequentem.

Domine Iesu christe fili dei viui: suscipe hanc orōnē in amore illo supexcel lenti in quo oīa vulnera tuī sacratissimi corpis sustinui- sti: ꝛ miserere mei famuli tui. N. ꝛ oībus peccatoribus cū ctisqȝ fidelib⁹ tā viuis q̄ꝫ de fūctis da misericordiā grāꝫ ꝛ remissiōeꝫ ꝛ vitā etnā. amē.

¶ Itē salutatio vulnerum.

Salutifera vulnera dul cissimi amatoris mei iesu xp̄i saluete: saluete: sal- uete in oīpotētia pr̄is q vos dedit: in sapiētia filij q in vo bis sustinuit: in benignitate sp̄ūssci q ī vobis op⁹ nostre redēptionis perfecit. Amē.

¶ Sequuntur nūc orōnes quinqȝ de qnqȝ gaudijs do- minice resurrectiōis. Que quicūqȝ deuote legerit ma- ximā a domino consequitur gratiam prout reuelatū fuit sacre virgini Mechtildi.

Laudo: adoro: magnifi- co: glifico: ꝛ bn̄dico te iesu bone ī illo ieffabili gau dio qd̄ habuisti quādo tua beata humanitas in resurre ctione glorificationem susce pit a patre diuīe clarificatio nis: ꝛ in se omnibus electis glorificationē electā ī tua di uinitate tribuit. Per illud ī effabile gaudium rogo te amātissime dei ꝛ hoīum me diator vt eādē quā mihi tūc dedisti claritateꝫ tua gratia conserues illesam in die iu- dicij cū gaudio assumendā.

¶ Secundum gaudium.

¶ Laudo: adoro: magnifi- co: glfico: ꝛ bn̄dico te Iesu bone in illo ieffabili gaudio qd̄ habuisti: qn̄ charitas in estimabilis que te in mūdū de sinu patris supsplendētis deposuit: ꝛ subiacere fecit oī bus penis ꝛ miserijs i resur- rectione tua oīa mēbra tua repleuit honore ꝛ gaudio in cōparabili: sicut in cruce re pleuerat dolore intolerabi- li: p illud iestimabile gaudī um: rogo te amātissime dei ꝛ hominum mediator vt do nes mihi lumē intellectus ꝛ cognitionē aīe vt sciaꝫ quid acceptū sit corā te oī tēpore.

¶ Tertium gaudium.

¶ Laudo: adoro: magnifi- co: glorifico ꝛ bn̄dico te Ie- su bone in illo ieffabili gau- dio qd̄ habuit tua sctissima aīa qn̄ se in preciū ꝛ pignus eterne redēptiōis cuꝫ copio sa multitudine oīum btōruꝫ aiarū ex inferni claustris cū

inestimabili gaudio ꝓsequẽtiuꝫ deo patri p̄sẽtauit. Per illud inestimabile gaudiuꝫ: rogo te amantissime mediatoꝛ dei ⁊ hominũ: vt in hoꝛa moꝛtis hoꝛrende sis anime mee protectoꝛ ⁊ defensoꝛ cõtra hostiũ incursum hoꝛribilem: ⁊ sis anime mee pignus sufficiẽs ⁊ pciũ psoluẽs omne debitũ meũ: ⁊ placa mihi tunc deũ patrẽ iudicẽ equissimũ ⁊ strictissimũ: cuiꝰ iraꝫ nemo sufferre queat nisi me diante te. Jccirco queso te: perduc me cum gaudio ⁊ leticia ante conspectum diuini patris tui celestis.

¶ Quartum gaudium.

¶ Laudo: magnifico: adoro: gloꝛifico: ⁊ bñdico te ie su bone in illo ineffabili gaudio qd̃ habuisti quando a deo patre data est tibi plena potestas remunerandi: ditãdi: ⁊ honoꝛãdi fm̃ liberalitatis tue magnificẽtiã omnes cõmilitones ⁊ amicos tuos: quos tã glorioso triũpho de tyrãnica potestate liberasti Per illud ieffabile gaudiuꝫ rogo te amantissime mediatoꝛ dei ⁊ hominũ fac me participẽ oĩum laboꝝ tuoꝛuꝫ ⁊ opationũ: ⁊ tue glorioſe moꝛtis ac beatissime passionis.

¶ Quintum gaudium.

¶ Laudo: adoꝛo: magnifico: gloꝛifico: ⁊ bñdico te ie su bone in illo ieffabili gaudio qd̃ habuisti quando deus pater dõauit tibi omnes amicos tuos in eternã hereditatẽ possidẽdos: ⁊ ipleta ẽ illa benignissima petitio ⁊ placidissima voluntas tua q̃ dixisti. Uolo vt vbi ego suꝫ: illic sint ⁊ ministri mei: vt omne gaudiũ ⁊ omne bonũ qd̃ tu ipse es ipsoꝛuꝫ esset sine fine. Per illud ineffabile gaudiũ rogo te amantissime mediatoꝛ dei ⁊ hominũ dones mihi illud beatissimũ omnium electoꝝ tuoꝝ consoꝛtiũ: vt te habeã vna cũ eis vnicũ gaudiũ ⁊ omne bonũ: nunc hic ⁊ in eternum. Amen.

¶ Subscripte tres oꝛationes habẽtur Rome in quadam capella que dicit̃ Sancte crucis septem romanoꝛum. quas qui deuote dixerit: maximas ⁊ pene ĩfinitas consequitur indulgẽtias: vt ibidẽ scriptũ repitur. Oꝛo.

D Omine Jesu xp̄e: ego miser peccatoꝛ rogo ⁊ ãmoneo te ꝓ tua nobili humanitate in cruce moꝛtua: ⁊ pro honoꝛe illius gaudij qd̃ habuisti q̃n vidisti ꝙ omnẽ

angustiā tuā superaueras: ⁊ oē humanū genus redeme ras tua morte: ⁊ rogo te vt li beres me ab oībus īmūdi cijs ī hora mortis mee. Pr̄.
C Dñe iesu christe saluator ⁊ redemptor totius mundi. Rogo ⁊ āmoneo te illi⁹ gau dij qd̄ habuerūt dilecti tui amici intra claustra inferni: quando se viderunt redem ptos tue diuinitatis poten tia. Et propter gaudium qd̄ habuisti quando vidisti q operari valebas qd̄ nemo ope rari poterat ⁊ rogo quaten⁹ p tue diuinitatis potētiā in me deleas oēm carnalē vo luptatem: ⁊ dona mihi vt su per oēm creaturā te diligā. Pater noster. Aue maria.
C Domine iesu xp̄e rogo ⁊ āmoneo te illius gaudij qd̄ dilecta mat̄ tua habuit: quā do ei apparuisti in illa sacra tissima nocte pasche: ⁊ per gaudium qd̄ habuisti quan do te vidisti glorificatum di uinitatis potentia in clarita te: quatenus me illumines septē donis spiritussancti: vt tuam voluntatem īplere valeā dieb⁹ vite mee. Amē. Pater noster. Aue maria.
C Orō sequens edita ē per dn̄m Joānē papā. xxij. q cō cessit oībus eā deuote dicē tibus inspiciēdo faciē chri sti. x. milia dierum indulgē tiarum: ⁊ si quis eam igno rauerit: dicat. v. Pater no ster. inspiciendo veronicaz.

Salue sancta facies no stri redēptoris: in qua nitet species diuini splendo ris: impressa pāniculo niuei cādoris: dataqꝫ veronice si gnum ob amoris. Salue de cus seculi speculū sanctoruꝫ qd̄ videre cupiunt spiritus celoꝝ nos ab oī macula pur ga vitioꝝ: atqꝫ nos cōsortio iunge beatoꝝ. Salue vult⁹ dn̄i imago beata ex eterno munere mire decorata: lu men funde cordibus ex vi ti bi data ⁊ a nostris sensibus tolle colligata. Salue robur fidei nostre christiāe destru ens hereticos qui sunt men tis vane: horū auge merituꝫ qui te credūt sane illius effi gie qui r ex fit ex pane. Sal ue nostꝝ gaudiū in hac vita dura labili ⁊ fragili cito pe ritura nos deducad ꝓpria o felix figura ad videndū faci em que est christi pura. Sal ue gēma nobilis vera mar garita: celicis virtutibus ꝑ fecte munita nō depicta ma nib⁹ sculpta vel polita. Hoc

scit sūmus pontifex q te fecit ita ille color celicus: qui ī te splendescit in eodē pmanet statu nec decrescit diuturno tēpore minime pallescit: fecit te rex glorie fallere q nescit. Nesciens putredinē seruās īcorruptū qḋ ē christico la corā te deductū: tu vertis in gaudiū gemitum et luctū: cōfer saluberrimū te vidēdi fructū. Esto nobis quesum⁹ scutum et iuuamen: dulce refrigerium: atq; consolamē: vt nobis non noceat hostiū grauamen: sed foueamur requie celi tecum. Amen.

¶ Alia orō de eodē de qua dedit Innocentius papa dicenti eā añ imaginē veronice triū ānoꝝ indulgentiam.

Aue facies pclara: que p nobis in crucis ara es facta sic pallida: āxietate denigrata: sudore sāguineo rigata: te texit lintheolo. In quo mansit tua forma q̄ passionis norma ē cūctis pluci da: hec cordi meo sit impressa per te iesu: neq; cessa hoc cremare indefessa: tui amoris facula: post hāc vitā cum beatis: contēplari voluptatis: possum vultū deitatis in perēni gloria. Amē. Fac me cum signū in bono: vt videant qui me oderunt et cōfundantur. Qm̄ tu dn̄e adiuuisti me et cōsolatus es me. Signatū ē super nos lumē vultus tui dn̄e: dedisti leticiā i corde meo. Saluū fac seruū tuū deus meus sperantē ī te Saluum me fac ī misericordia tua dn̄e: non confundar qm̄ īuocaui te. Illumina faciē tuā super seruū tuū et doce me iustificationes tuas. Domine deus virtutu; cōuerte nos: et ostende faciem tuam: et salui erimus. Domine exaudi orationē meam. Et clamor. Oremus.

Deus q nobis signatis lumine vultus tui memoriale tuū ad instantiā veronice imaginē tuam sudario ipressam relinqre voluisti: p passionē et crucē tuā tribue nobis quaten⁹ ita nunc in terris p speculū in enigmate venerari adorar ac honorare teipsū valeamus: vt te facie ad faciem venientē super nos iudicem securi videamus. Dominnm nostrū iesum christum. Alia.

Omnipotens sempiterne deus: de cui⁹ munere p eminet hec facies tua expssa tuo precioso vultu plebi tue: que couenit ad hanc re

colendaꝫ peccatoꝝ suoꝝ: da veniã vt corp⁹ sermones sen susq; guberna: ⁊ act⁹ eoꝝ q̃ i tua pietate cõfidũt. Qui viuis ⁊ regnas cuꝫ deo patre.

¶ Sequitur plãctus beate Marie: quem qui corde deuoto recitauerit cõsequitur vij. ãnos īdulgẽtiaruꝫ. ⁊. xl. Carenas a Bonifacio papa

Stabat mater doloro- sa: iuxta crucẽ lacbry- mosa: qua pẽdebat fili⁹. Cuius aĩam gementẽ cõtristãtem ⁊ dolenteꝫ pertransiuit gladius. O q̃ tristis ⁊ afflicta fuit illa benedicta mater vnigeniti. Quaꝫ merebat ⁊ dolebat: pia mater cũ videbat penaꝫ nati inclyti. Pro peccatis sue gẽtis: vidit iesum in tormẽtis: ⁊ flagellis subditũ. Uidens suũ dulcẽ natũ: morientẽ desolatũ: cũ emisit spiritũ. Quis est homo qui nõ fleret: christi matrẽ si videret in tanto supplicio. Quis non posset ꝯtristari: matrẽ christi ꝯtẽplari: dolentẽ cũ filio. Eya mat̃ fons amoris: penã me tui doloris sentire fac vt lugeã: fac vt ardeat cor meũ: in amãdo xp̃ꝫ deũ: vt sibi cõplaceaꝫ. Sancta mater illud age crucifixi infint plage mẽti mee ualide Cui nati vulnerati tã digna ti ꝑ me pati: penas mecũ diuide. Fac me vere tecũ flere crucifixo condolere: donec ego vixero. Juxta crucem tecuꝫ stare: meq; tibi consonare: in plãctu desiderio. Uirgo virginũ preclara: non sis mihi rosa rara: fac me tecuꝫ plangere. Fac vt portẽ christi mortẽ: passione fac cõsortẽ: ⁊ ponas recolere. Fac me plagis vulnerari: cruceq; e me fac beari: ⁊ cruore filij. Flãmis vrar ne succensus: ꝑ te pia sim defensus: in die iudicij. Christe cũ sit hinc trãsire: da ꝑ matreꝫ me venire ad palmaꝫ victorie. Qñ corpus morief: fac vt aĩa donetur paradisi glorie. Amen.

¶ Alia oratio de eodem.

Memento obsecro dulcissima mater: ⁊ domina illius venerãde stationis qua tu cũ beato filio astitisti in cruce pẽdenti: ⁊ reduc q̃so ad memoriã: cogitatiões cordis tui: ⁊ ĩ nocẽtis anime tue angustias quas tunc habuisti qñ ille vnigenitus tuus imolatus ẽ: ⁊ recogita q̃ oĩa ꝑ peccatoribus tolerare voluit: quoꝝ p̃mus ego suꝫ. Ipse enim morte sua meruit vt esseꝫ frater suus. Ergo ne

dedigneris piissima mat̃ qn & ego sim filius tu⁹. Ad te o vnica spes peccator̃ ꝯfugio plenus fiducia: tibi meipsũ & oẽs necessitates meas recõmitto & te matrẽ & p̃ronã p̃re oib⁹ eligo & ꝑopto. Noli ergo piissima sp̃ner̃ me miser̃ peccatorẽ ꝑpter peccata mea nimia: & noli abiicere me a misericordia tua ꝑpt̃ eũ: q amore mei nudus & dilaceratus pẽdebat añ te. Amẽ.

¶ Itẽ orones de qnq3 dolorib⁹ btẽ Marie quas sctũs Anselmus capellanus eius cõposuit icipiẽtes singule a singulis lr̃is nominis Marie. Quas q deuote dixerit: maximas ꝯseqt̃ gr̃as a dño: ꝑut reuelatũ fuit btõ Joãni euãgeliste: q cũ: vt de eo scriptu3 repit̃: diu desiderasset videre beatã Mariã vginẽ post eius assũptionẽ in celũ: tãdẽ quadã vice raptus ĩ celum: i visiõe vidit & audiuit q btã virgo Maria narrauit filio suo q ĩ hoc mũdo ĩn qnq3 dolorib⁹ subscriptis p̃cipue fuerit nimiu3 perturbata. Christus igit̃ filius ei⁹ hoc audiẽs ob eius honorẽ plurimas ꝑmisit gr̃as & p̃rogatiuas se daturu3 illi q eos dẽ dolores deuote recoleret

Sunt igitur orationes tales.

¶ Prima oratio.

¶ Mediatrix dei & hoĩum & fons misericordie ĩdesinẽter effundens riuos copiose gratie. Maria te rogo dulcissima mater domini nr̃i ie su xp̃i ꝑ illa3 perturbationẽ quam habuisti in corde tuo piissimo: tunc & deinceps cũ symeon sanctus & senex prophetando diceret: Tuã ipsius aĩa3 ꝑtransibit gladius: vt petas quatenus idẽ bñdictus filius tu⁹ de largissima clemẽtia sua mihi donet per eandẽ ꝑturbationẽ tuã ĩdulgentiam omnium peccatorum meorum. Et vt me liberet ab oĩbus malis p̃teritis p̃sentib⁹ & futuris. Amẽ.

¶ Secunda oratio.

¶ Auxiliatrix dei & hoĩum & pacis eterne condimentũ maria te ĩterpello speciosissima regina celi ꝑ illa3 dolorosam ꝑturbationẽ quã habuisti in corde tuo benignissimo ꝑ eo q filiũ tuũ amantissimũ per triduũ amiseras vt roges eũ quatenus ipse ꝑpter eandẽ turbationẽ tua3 mihi dignet̃ dare plena3 cognitionẽ: ꝑfectã cõtritionẽ: purã confessionẽ: sp̃ẽ firmã: certã securitatẽ: a deo nũq3

separandū: ꝛ ita pfectū ꝛ verū amorē: vt cū illo amore tā taꝫ merear mercedē in celo acqrere: ac si ei multis annis cū pfectiōe sanctissime vite diligētius seruiuissēꝫ. Amē.

¶ Tertia oratio.

¶ Reparatrix debilium: ꝛ vulnerate anime efficacissima medicina Maria te peto gloriosa domina per illaꝫ perturbationē quaꝫ habuisti i corde tuo clemētissimo: pro eo ꝙ perfidi iudei captiuauerunt ꝛ detinuerunt desiderabilem vnigenituꝫ vteri tui filiuꝫ: de quo cognouisti in spiritu ꝙ volebat ꝛ ꝙ pati debebat pro salute humani generis: quatenus de preceris eūdē filiū propiciatorē seculi: vt ipse propter eā dē turbationē tuaꝫ de omni captiuitate: ꝛ ab omni tribulatione corporis ꝛ aīe angustiaꝝ ꝛ periculoꝝ meoruꝫ vna cū amicis meis: consanguineis: familiaribus: ꝛ bñfactoribus ꝛ recōmendatis clemēter eripiat: ꝛ ab oībus malis i ppetuū tueat. Amē.

¶ Quarta oratio.

¶ Illuminatrix cecoꝝ ꝛ lucerna salutifer grē maria te flagito dulcissima bona mater dei. per illā turbationeꝫ tuam quā habuisti in corde tuo propiciatissimo ꝑ eo ꝙ amantissimus filius tuus a iudeis crudelissimis in conspectu tuo cuꝫ clauis acutissimis sine omni miseratiōe viuifice crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodē filio tuo quatenus per eandem turbationem tuā ignē veri amoris: per igneꝫ amoris ꝛ passionis sue in corde meo accēdat: qua me ipse summus sacerdos ligno crucis sub iiciat nutriat: ꝛ in altari cordis mei iugiter ardeat ꝛ flāmescat: in cōmemoratione sue sanctissime passionis ꝛ mortis: vt eiusdeꝫ sacratissime passiōis sue nunꝗ̄ obliuiscar. Et si ex īfirmitate valida: vel ex alia causa quacūꝗ̄ īpediente memor esse nequiuero: ꝛ per eundem acerbe passionis sue dolorem in hora passiōis mee: ꝛ ex multiplici misericordia sua tm̄ mercedē i celis pcipere merear: ac si oēs dies meos cōsumpsisseꝫ in memoria sue sacratissime passionis. Amen.

¶ Quinta oratio.

¶ Aduocatrix oīum peccatorū quos dānabilit moles vicioꝝ deprimit: finisꝗ̄ nr̄e miserie Maria te deprecor

venerabilissima mundi dn̄a p illā intolerabilē turbationē quā habuisti ī corde tuo benignissimo in illa hora cū filius tuus cunctis desidera tus gētibus: ac oībus vere amabilis de cruce deposit⁹ cū recētibus vulnerib⁹ ꝛ ꝑprio sanguine rubricat⁹ datus fuit a ioseph in sinū suū: q̄ ē corona iocūditatis oīuz btōꝝ ī celi solio: vt ꝑpter eā dē pturbationē tuā ipse me ꝑuenire digneť abundātia grāꝝ suaꝝ ꝛ copiose miseri cordie sue: vt det corpus me um ꝛ aīam meā in potestatē tuā: ꝛ in sinū pijssime miseri cordie tue q̄ cunctis deuote postulātibus clementer ape ris in eternuz. Et ad illud sinum gemebundū sic recipi affectuosissime deprecoꝛ: ꝑpter illum dulcissimū infantulū tuū candidū ꝛ rubicun dū: electū ex milib⁹. Qui thesaurus totius felicitatis tue extitit ꝛ est. Q ue in sinu tuo delicatissimo proprijs la ctasti vberib⁹: vt ī p̄senti vi ta: ꝛ ꝑcipue ī extremis meis te videre merear cū gaudio: ꝛ tue miserationi regratiari valeā ī secula seculoꝝ. Amē

Alie orationes de dolori bus quinqꝫ beate Marie.

Salue regina mater mi sericordie: cui⁹ cuncta viscera cōmota fuerūt ī passiōe domini nostri iesu xp̄i. Pater noster. Aue maria.

O sctā Maria tēplū sctē trinitatis admoneo te illius angustie quam in corde tuo suscepisti ꝛ doluisti dū filiuz tuū vnicū iesum xp̄m quem saluo pudore concepisti ꝛ sine dolore genuisti: ad tēplū tuis vlnis cū gaudio detulisti: cuz symeon prophetauit dicens. Et tuam animā pertrāsibit gladius doloris ei⁹. propter hunc doloreꝫ impetra mihi veram penitentiaꝫ cū intima contritione omnium peccatoꝝ meoꝝ: vt iustificet ꝛ illuminet ꝛ custodiat me filius tuus iesus christus dn̄s noster. Amē. Pr̄. Aue.

O sancta maria āmoneo te illius doloris quē ī corde tuo suscepisti ꝛ doluisti cū filiū tuū perdideras. ꝛ ioseph mediante cū magno labore quesisti: ꝛ tertio die in templo dei inuenisti in opere ꝛ studio ad qđ a patre fuerat missus. Propter hūc tuū dolorem īpetra mihi a filio tuo domino nostro iesu christo puram confessioneꝫ ante diem exitus mee aīe: vt donet

mihi z ꝯcedat non meis me ritis sed ex sue misericordie abundantia eterne leticie p̄ miū: idest seipsū z suo aspe- ctu perfrui merear in eter- num. Pater noster. Aue.

¶ O sctā maria moneo te il lius miserie quā habuisti cū filiū tuū q celū z terrā crea- uit v̄bo: z oia q̄ i eis creata sunt: in manu sua potenti te net. Illud verbū a patre an te tēpora genitū: z a te ma- tre z virgine natū: ipsū a iu deis tentū z captiuū oppro- briis te vidente te loquēte: te mirabiliter flente: ad cru cis patibulū pro nobis qua si latro fur z homicida du- ctum propter hunc dolorē tuū: impetra mihi vt filius tuus dominus noster iesus christus abluat me a cūctis: vinculis peccatorum. z a la- queis omnium inimicorum meor. Amē. Paf nr̄. Aue.

¶ O sācta maria moneo te illius miserabilis aspect⁹ dñi respexisti iesum xp̄m filium tuū: i quē angeli prospicere desiderāt: z quanto diutius cōtemplant: tanto ardētius inflammantur: qñ illius vul tus pugnis z alapis illude- batur: z vix facies humana putabat. Heu heu: que lin- gua quis sensus pōt capere qualis dolor tibi fuerit duz rauca voce tibi loquebaf: z paulatim te p̄sente morieba tur: p quē toti mundo salus datur. pꝑter hūc dolorē tuū īpetra mihi vt passio christi filij tui in mere moueatur: z augmentum virtutū mihi operetur. Pater nr̄. Aue.

¶ O sancta maria moneo te illius lamentationis quā habuisti z doluisti quando filius tuus dominus noster iesus christ⁹ de cruce depo- situs fuerat: z tibi defunct⁹ in gremio ponebaf. p quē tota machina celi z terre re gebatur z regitur: tuum sin gulare gaudiū conuersū fu it in luctū magnū quē visce- ra tua partu pudico pertule runt: quē vbera tua celico lacte lactauerūt: tūc in sinu tuo mortuū tenuisti: z totū corpus eius lachrymis riga sti: z ol tristicia plena sepa- rata a sepulchro dilecti filij tui mansisti. pꝑter hūc dolo rē tuū fac me miserū peccato rē participē eiusdē doloris: z suscipe me famulū tuū in tuā clementē custodiam. Et da vt in separatione anime mee a corpore meo consola- tionem tue presentie inue-

niam: ⁊ presentes me domi. no nostro iesu christo nō ad iudicandum sed eternaliter tecū in regno suo conregnā dum. Amen. Pater noster.

Ozo ad dñm nr̄m iesum de quinqȝ doloribus potissi mis: quas in sua beatissima passione sustinuit.

O Amantissime iesu mo neo te illi⁹ agonis q̄ in ter aīaȝ ⁊ corpus tuū fuit ex v̄tute amoris ⁊ timoris tue passionis dū oēȝ dolorē tuū ⁊ terrorē in corde tuo posui. sti: ⁊ passionē tuaȝ ita p̄ntia. liter ad memoriam traxisti: sicut in die parasceues susti. nuisti. o dulcissime iesu fili dei viui p istā amantissimaȝ p̄cogitationē ⁊ deuotissimā ozonē quā orasti: vt p̄r tuus ops transferret a te illā hoz. ribilem passionem: da mihi misero peccatori ita amare defleꝛ omnia pctā mea vt ex tua iusticia plenarie delean tur: ⁊ tuā deuotissimā ozo. neȝ die noctuqȝ deuote ⁊ in v̄tero fletu exerceꝛ. sicut mr̄ tua ⁊ discipuli tui d̄fleuerūt qn̄ mortu⁹ es: ⁊ cū oīb⁹ vul. neribus tuis i sinu mr̄is tue v̄ginis marie iacuisti. Amē. Pater noster. Aue.

Secunda oratio.

O Mitissime agne dei ie su xp̄e imaculate: mo neo te illi⁹ horribilis casus quē sustinuisti cū te dominū maiestatis tā horribiliter su per hispidū lignum proiece runt: ita vt omnia vulnera tua: que in flagellatione su sceperas: renouata fuerunt. ⁊ cū hoc oēs iuncture tener rimoꝝ mēbroꝝ tuoꝝ coste qȝ lateꝝ ab inuicē soluerent tur. Per istū horribilē casuȝ iploro tuā misericordiam vt me ab ista hora vsqȝ ad finē vite mee tuearis ne vnq̄ȝ cō mittā tale peccatuȝ propter qd necesse sit me p̄uari mel liflua p̄sentia desideratissi mi vultus tui: nec sinas me fili dei viui in extrema hora mea incidere in aliquē erro rē vł alienationē mētis: nec in laqueuȝ desperationis: sȝ da mihi gratiā tuā vt ex to to corde ⁊ ex tota aīa ⁊ ex to tis viribus meis defleā tuā passionē: vt post hāc vitā cū electis tuis te pie laudare ⁊ eternaliter tecum gaudere merear. Amē. Pr̄ nr̄. Aue.

Tertia oratio.

O Unice amator meus xp̄e iesu moneo te illi⁹ cōpassiōis ⁊ tremoris q̄ tūc sūma extitit in te: qn̄ matrē

tuā dilectā iuxta crucē flebiliter astare vidisti: et nimis i pletā cōpassiōe et anxietate: propter qd te vidit ita lamētabilit pati crucifigi et te loquētē ad eā: Mulier ecce filius tu9 audiuit. Per ipsam cōpassionē da mihi vt idem gladius cōpassionis tue qui trāsuerberauit dilectissimā animam dilecte matris tue transfige cor et animam meam quatenus valeā tibi condolere et deflere omnem dolorem tuum: vt tu mihi pater na miseratione et ipsa mater na dilectione valeatis compati et succurrere mihi i omnibus necessitatibus meis. Amē. Pr̄ noster. Aue ma.

¶ Quarta oratio.

O Refugium delectabile omniū desolatoꝝ iesu xp̄e moneo te illi9 angustie qua dixisti. Deus deus me9 vt qd me dereliquisti. et p illam desolationē qua p humanitatē relinquere voluisti q̄si oblitus eius qꝫ deus ver9 eras. et ei ꝯsubstātialis p oīa tribue mihi famulo tuo: vt cūctis transitorijs ita penit9 abdicā in quibus nunc tem poraliter valerē delectari: et non derelinquas me in multimodis aduersitatib9 et periculis contristari: nec vexari ab aliquo malo hoīe aliquo mō: nec a diabolo nec a nociuo aīali: sed in nouissimis meis tēporib9 mihi pie assistas dux ab omnibus deferor: et recipere tremebundam animā meā inter leuissima brachia tua dulcissime paternitatis tue dicens: Cōstans esto: ego protector tu9 sum et redēptor ego nunq̄ te deserā. Amen. Pr̄ nr̄. Aue.

¶ Quinta oratio.

O Dulcissime iesu moneo te illius doloris et anxietatis in quā deuenisti dū post detractionē p̄ni auxilij agonizans: amore: et dolore passiōis qua te supabūdans dulcedo dilectiōis superauit vsq ad exitū tuum mellifluū cor tuū scindebat p ipsam diuinā agonizationē tuā largire mihi vt valeā cor meū penit9 trahere a cūctis displicentibus sic qꝫ fiā acceptabilis precordialissimo sponso meo et vnico solatio meo: vt i hora exit9 mei magis ex vi vehementissimi ꝯsiderij et amoris tui anima mea ad te āhelet: qꝫ pauore et pena seipsam pturbet. Et da vt tecum in eternum permaneat. Amen. Pater no-

ster. Aue. Oremus.

Domine iesu xpe memento q tu dixisti: vino ego z nolo mortez peccatoris. Ideo respice sup me oculis tue misericordie: quibus respexisti btm Petruz lachrymātē in atrio: z Mariā magdalenā penitentē in quiuio: z latronē pendentē in crucis patibulo: z ꝯcede mihi ops deus: vt oia peccata mea sic cū Petro apostolo digne defleaz: cū Maria magdalena te perfecte diligam: cum latrone pendentē in crucis patibulo te eternaliter videre valeam. Pater noster. Aue maria.

¶ Quicunq; subscriptam orationez. xxx. diebus deuote dixerit in honore sanctissime passionis domini nostri iesu christi. Et i honore beatissime virginis marie matris eius. Quecūq; licita petierit: misericorditer obtinebit: qđ experimento sepius probatum est.

Sancta maria ꝑpetua virgo virginum: mater misericordie: mater gratie: spes oium desolatoꝝ: cōsolatrix oium desperantiuz. p illū gladiū doloris q tuaz ꝑtrāsiuit aīam dū vnigenitꝰ filius tuus dominus noster iesus xps suppliciuz mortis pateretur in cruce. Et per illum filialem affectū quo ipse materno dolori cōpassus integerrime dilectionis sue vicario sancto Joanni te ꝓuidendam cōmendauit. Cōpatere condole: cōsule: que so anxietati: aduersitati: infirmitati: paupertati: sollicitudini: z qualicunq; necessitati mee. O miseratrix miserorum: dulcis consolatio afflictorum: ac mater misericordiarum: desolatorūz pijssima consolatrix: z in omni necessitate pupillorū: prompta adiutrix. Exaudi ergo preces meas z respice orbitatis mee z miserie lachrymas. Et quia ī diuersis malis z angustijs ꝑpter peccata mea positus sum: ignoro ad quem fugiā: nisi ad te dominam meam dulcissimam virginem mariam genitricez domini nostri Jesu christi conformem ac consimilez ac reformatricem humanitatis nostre. Ergo aures tue pietatis fine consuete misericordie tue precibus meis benigne accōmoda. Per viscera misericordissimi filij tui per dulcedinem quam tunc

habuit quando humanum genus ampleratus est: vt de liberaret vna cū patre ꝛ spiritu sancto carnē pro nostra salute assumere fragilem: ꝛ angelo annunciante ꝛ spiritu sancto obumbrante de te pijssima virgo maria incarnatus est: ꝛ nouē mensibus in tuo sāctissimo vtero clausus deꝰ ꝛ homo gestatus est: ac decursis nouē mensibus spiritu sancto coopante gloriosam aulā tui virginalis vteri egrediens: non aspernatus est visitare mundum. per angustiam quam idē filiꝰ tuꝰ dn̄s noster iesus xp̄s habuit quādo in monte oliueti patrē iuocauit: vt si fieri posset trāsiret ab eo calix passionis sue. Per trinā orationem eius: per tristē quoq₃ incessum tuum quo secuta es euꝫ cum lachrymis ad crudele spectaculum passionis eius ꝛ mortis. Per probra: sputa colaphos irrisiones falsas accusationes ꝛ iudicia iniusta. Per vestē sorte ꝛ ludo acquisitā: p vincula ꝛ flagella eius. p trinas lachrymas eius: p guttas sanguinei sudoris eius. p patiētiā ꝛ taciturnitatē eius: per pauorē ꝛ tediū ac mesticiā cordis eius: p verecundiā quā habuit qn̄ denudatus est ī cruce: ꝛ corā te pijssima virgo maria: oīq₃ poplo pepēdit. Per regale caput eiꝰ arūdine ꝯquassatū. Per spineā coronā eius: per sitim ꝛ gustū aceti cuꝫ felle mixti: p lanceā infixā sacratissimo lateri eius: p sanguinē ꝛ aquā q̄ de sacratissimo latere eiꝰ pfluxerunt: ꝛ misericordiā ꝛ gratiā super nos abundāter effuderunt: p clauos infixos manibus ꝛ pedibꝰ eius: p cōmendationē eius qua patri suā preciosissimā animam cōmēdauit: p dulcissimū spiritum eius quē cū clamore valido clamando: Hely Hely lamazabatani. Et īclinato capite emisit spiritū dicēs: Consūmatum ē. Per scissuram veli in tēplo ꝛ petre: p obscurationem solis ꝛ lune: p tremorē terre: p misericordiam eius factam in latrone: per crucem ꝛ passionem eius: per descēsionem eius ad inferos: per omnes animas quas aduentu visitatiōis sue letificauit. p gaudium ꝛ victoriam ꝛ gloriam resurrectionis eius: per apparitionem eiꝰ: qua p q̄dragīnta dies post resurrectio-

ne3: tibi p electa virgo Ma ria et apostolis ceterisq3 electis apparuit: per gloriosam ascensionem eius: qua te virgine gloriosa: et ipsis cernentibus in celum eleuatus est. Per gratiam spiritus sancti paraclyti quam discipulorū cordibus in linguis igneis infudit: et per quam eos in toto orbe terrarum: longe lateq3 diffudit. Per tremendum diem iudicij quo tempore venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem: per omnem compassionem eius tecum in hoc mundo participantis: p sua uitatem osculorum eius. per ineffabile gaudium quo assumpta es in conspectu eiusdem filij: vbi gaudes et exultas sine fine. Letifica corme um et exaudi me in hac petitione mea: pro qua te suppliciter exoro et deuote.

Hic pete qd vis.

Et sicut certus sum q ille nihil tibi negās honorat: ita sentiā facilius plenius celerius et efficaci⁹ tuū sanctissimum adiuuamē et cōsolamē sm suauitatē misericordissimi cordis tui et sm dulcissimi filij tui voluntatē timētiū se et delectātium in se et petitionē cordis eorum: et sm necessitatē meā in his et in omnibus rebus pro quibus sanctissimum supplex inuoco nomē tuū et adiuuamē tuū: vt obtineas mihi apud deū dulcissimum filiū tuū in fide catholica spem firmam: charitatēq3 perfectam: verā cordis contritionem: fontem lachrymarum: synceram confessionē: dignam ac sanctissimam satisfactionē: diligentēq3 custodiā a peccatis: contemptum mundi: dilectionē dei et proximi. Flagella dilectissimi filij tui in corpe meo īmundissimo verā patientiam ad omnia ea que p amore filij tui sunt sustinēda: etiam mortē turpissimā si oportuerit executionē votorum. pseuerantiam in bonis operibus. mortificationem proprie voluntatis: cōuersationē tibi placētē: felicē obitū. Et i extrema hora vite mee penitentiam vehementem: Boniq3 sensus integritatē cum loquela. Et animabus parētum meorum: fratrum: et sororum: et omnium benefactorum meorum viuorum et mortuorum: vitam sempiternam. Amen.

Quicūq3 subscriptā ora-

tionem quotidie dixerit in honore beatissime virginis Marie tercentū dies indulgentiarum habebit ab Innocentio papa qui eā īstituit. [redacted] re. Sicut ī quodaʒ monasterio ordinis scti Benedicti reuelatū est cuidam abbatisse in extremis laboranti: ꝛ expost sepius exptū.

O Clementissima domina ꝛ dulcissima virgo sācta maria mater dei. Omni pietate plenissima virgo ante partū: virgo ī partu: ꝛ virgo post partuʒ: mater orphanoꝝ cōsolatio desolatorū: via errantiū: salus ꝛ spes in te spantiū. Fons vite ꝛ venie: fons salutis ꝛ grē. Fons pietatis ꝛ indulgentie: fons consolationis ꝛ leticie. Obsecro te per illā sciētiam ꝛ ineffabilē leticiam qua exultauit spiritus tuus in illa hora quando tibi p Gabrielē archangeluʒ ānūciatus ꝛ in te conceptus ē filius dei. Et p illud diuinū mysterium: qd tunc operatus ē in te spirit9 sanctus. Depcor te p illam maximā misericordiā: infinitam clemētiā: benignissimā pietatē: feruidissimā charitatē: profundissimā humilitatē: qua filius tuus de sinu patris descēdit accipere humanā carnē de venerabilissimo vtero tuo: ꝛ quibus te respexit quando te super choros angeloꝝ exaltauit. Rogo te per imensaʒ humilitateʒ qua tu respondisti dicēs archāgelo gabrieli: Ecce ancilla domini: fiat mihi sʒ verbum tuū. Queso te piissima virgo Maria p ineffabilia gaudia tui virginalis ac super admirandi conceptus ꝛ partus ꝛ post hec dominice resurrectionis ꝛ ascēsionis ꝛ tui ipsius assūptiōis ꝛ glorificationis: ꝛ p oīa alia sancta gaudia q̄ habuisti: ꝛ habes de filio tuo dn̄o nostro Iesu xp̄o: vt adiuues ꝛ letifices aīam meā gaudio spiritali: quo spiritus meus exultet in solo deo salutari meo. Insup o gloriosa dei gēitrix ꝛ virgo maria: te instanter moneo p illā sanctā ꝛ maximā cōpassionem: ꝛ acerbissimū cordis tui dolorē quē habuisti quādo filiū tuuʒ dn̄m nostrū Iesum xp̄m ante cru

cem nudatū: ꝛ in ipsa eleua-
tum pēdētē: crucifixum: vul
neratum: sitiētē felle ꝛ aceto
potatū vidisti: voce magna
clamātē audisti: ꝛ morte cru
delissima moriētē dolorosis-
sime conspexisti. O martyr
cum martyribus transgla-
diata morte sacratissima tui
filij: humiliter tibi suppli-
co: per quinqȝ vulnera sua:
ꝑ riuos sacri sanguinis sui.
ꝑ contractionē viscerū suo
rum. ꝑ nimio dolore vulne-
ruȝ suorū: vt animā meā in-
cendas ꝛ vulneres amore ꝛ
passione dilecti filij tui sicut
anima tua sanctissima fuit ī
hora passionis eiusdē dolo-
ris gladio vulnerata ꝛ ꝑ fon
tes sanctarum lachrymaruȝ
tuarum quas in eiusdeȝ filij
tui passione fudisti. Da mi
hi pro peccatis meis veras
plangēdi lachrymas ꝛ con-
dignas. Peto te suppliciter
o pijssima virgo maria per
omnem passionem dilecti fi
lij tui ꝛ compassionem cor-
dis tui ne repellas me pro-
pter peccata mea infinita. ſȝ
per tuam maximam clemē-
tiam audi ꝛ exaudi me: ꝛ da
mihi quicquid fili⁹ tuus re-
quisierit a me veracit' agno
scere tuo iuuamine feruen-
ter incipere perseueranter
exequi feliciter adimplere.
O flos virginum maria: re-
gina celi: deprecor humili-
ter ꝛ deuote ꝛ cuȝ omnibus
sanctis ꝛ electis dei venias
ꝛ festines in consilium [illegible] au-
xilium meum: in omnibus
orationibus ꝛ angustijs ꝛ ne-
cessitatibus meis: ꝛ in om-
nibus rebus in qui[illegible]
facturus cogitaturus aut lo
cuturus diebus ac noctib⁹
horis atqȝ momentis vite
mee: ꝛ fac me doctum pugi-
lem: astutum: fortem: vigi-
lem: vt mundum carneȝ: de
monem ꝛ hostes infestos su
perem: ꝛ mihi indignissimo
famulo tuo impetres a dile-
cto filio tuo misericordiam
vere penitentie spaciuȝ: cor
poris ꝛ anime salutem: ꝛ san
cti spiritus gratiam. qui be-
ne omnia disponat preteri-
ta mala indulgeat: presentia
emendet: ꝛ futura modere-
tur. veterem hominem exu
at. ꝛ nouum creans sibi ha-
bitaculum faciat. Animam
custodiat: corpus regat: co-
gitationes purificet: vota ꝛ
desideria sancta īfundat. re
cta consilia instruat. Iusta
opera perficiat: sensus corri
gat: mores cōponat: act⁹ dis

ponat:cursuz dirigat:z a septem peccatis criminalibus vsq3 in finé me liberet ac defendat. vtutes iserat sacras: rectam fidé:firmam spé: z pfectam charitatem mihi tribuat. victoriaz contra hui⁹ mundi aduersitates: veram pacé spualem z corporalé:humilitaté:castitatém:patientiam:z in oi bono perseuerátiam mihi concedat. O maria maris stella:partus salutis naufragantium dux pia. miserorum patrona dulcissima:reoz aduocata doctissima. Desperatorú spes vnica. peccatorum saluatrix magnifica: die mea nouissima: me facie splendidissima tua precor irradia: tutrix secretissima mee mortis pijssimá dié z horam núcia. pirata facta profugo. tu potiuz prebe naufrago:eo fer patrocinia: dans misero solacia. sis spes ne desperatione succúbam mortis in agone: cú tunc nó sit spes altera:nisi tu virgo puerpera patris parés z filia cui me reconcilia. O misericordiarum z venie fons inexhaustibilis:imo ipsa misericordia: z venia nulli dans repulsam: exauditrix benignissima hanc orationé supplicem clemeter suscipias z exaudias: z vitá eterná mihi tribuas. Audi et exaudi me benignissima virgo maria mr dei z mie. Amé.

¶ Item alia oratio de eadé similis efficacie cú pdicta.

Ad sanctitatis tue pedes dulcissima virgo maria corpore prostratus, et corde supplex oro: vt aliqd a te rogare me doceas: qd te audire z filiú tuum exaudire delectet. Indignus suz gratia z minor cunctis miserationibus tuis pctis meis obstantibus. A te sanctissima audiri: z a filio tuo benedictissimo exaudiri non mereor: noli tñ ad te clamantez z vitá emédare cupientem pia repellere: que manú gře porrigere soles ad te suspiranti. Memorare pijssima non esse auditú a scło quenq3 ad tua currentez psidia: aut petentem suffragia a te derelictú. Tali animat⁹ cófidétia: ad te virgo Maria confugio: ad te curro: ad te venio coram te gemés z tremens assisto. Noli ẏgo íma culata a me pctóre facié tuá abscondere: sed ad me clemeter attende. Noli mater oíum ab oí benignitate tua

me excludere sʒ benigne fac mecū propter nomē tuuʒ sā. ctū. Noli mater grē filii tui gratiā mihi denegare sʒ gratifica me grē illi quam gratia plena genuisti. Noli stella maris oberrare mea via lucis diu pmitere: sed splendoris tui directiōe erue me a peccatoruʒ caligine. Noli porta celi ob scelera mea iugiter obserari: sed reporta me ad portam gratie: a qua ingratus eriui: per quaʒ tu mundo vitā ꝛ saluteʒ reportasti. Noli regina glorie ob tue celsitudinis gloriaʒ mei peccatoris obliuisci: sʒ memor esto fragilitatis mee: ꝛ adiuua me ꝑpter magnitudinem glorie tue: Immo noli regina mīe in me misero peccatore antiq̄ mīe tue nomē amittere: sʒ de multitudine miserationū tuaꝝ miserere mei. Noli q̄so clemētissima aures tue pietatis ob ī gratitudinē meaʒ ad clamorem meū claudere. Noli misericordes tuos ocl'os: a me spes miseroꝝ auertere. Noli solitam pietatis tue manū retrahere: sed tolle q̄d me/ tuo: largire q̄d careo: indulge quod offendo. Salua me saluatrix: redime me redemptrix: peccata mea grauant me: mundus inuoluit me: caro ꝑmit ꝛ inqnat me: hostis insidiat: vt rapiat me hora mortis: ꝛ sñia iusti iudicis terret me: pctā habeo: merita nescio. Sʒ tu adiutrix fortis in tribulationibus: adesto dolorib᷒ meis: tātis consule periculis. Aliud enī refugiū nescio post filium tuū O benignissima pctā mea dele: a mundo me ablue. Corli quefac ito: spirituʒ humilia carnē iustifica: in bono ꝓpositū meū confirma: hosteʒ remoue: redde mihi īnocētiā vite: reduc me in sinuʒ grē: rege me ne ruā in mortē aīe vel opprobriū fame: ꝛ si ceciderō: me erige. Mores act᷒ ꝛ vitam meā corrige. In omni aduersitate mea adiuua me: in cūctis agēdis dirige me: deo placita doce me: obtine mihi spaciū ꝛ locum penitentie In hora exitus mei o clemēs mihi digneris adesse. Tremēdaʒ iudicis sententiā ī māsuetudinē cōuerte. Perduc me ad beate visionis ꝑmiū regnuʒ grē. Et alme trinitatis faciē sine felicitatis fine perfuēdā mihi placabilem ostende. O pia o dulcis virgo Maria. Amē.

¶ Item alia oro ad beatissimã virginẽ Mariã p venia peccatorum impetranda.

Sanctissima z beatissima virgo Maria dignissima z incorrupta genitrix filij dei: splendidissima maris stella regina angelorum domina regum: cuius spẽm rex eternus concupiuit que procedis velut aurora consurgens: pulchra: vt luna: electa vt sol: terribilis vt castror acies ordinanata. Cuius odor vestimentorum est super omnia aromata: que ascendis per desertuz sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe z thuris z vniuersi pulueris pigmẽtarij: virga de radice iesse virga sacerdotalis z regia: que sine humore seminis per obumbratione sancti spiritus virescens fronduisti: z vite fructum floridã germinasti: porta soli do peruia: paradisus deliciarũ hortus cõclusus: fons signat' puteus aquaz viuẽtiũ: tẽplũ spũsci: thalamus imaculati sponsi: sponsa incarnati verbi: quam veneratur adorat z excolit omnis militie celestis exercitus: quam timet z expauescit omnis infernorum potestas: cui deuotissimis cordib' obseqr vniuersitas gẽtiũ. Quã btãz singulariter z bñdictã pdicãt oẽs gñatiões: sub cui' honoris culmie se humiliant pncipes: cui' veneratiõi submittere se gaudẽt reges z sũmi apicis ipatores. Ad te o dña q̃ tãta pemines excelẽtia: q̃ tãta oẽs excellis eminẽtia. Ad te inq̃z venio pctór hũillim' oium z abiectissimus i tota creatura dei. Ad te venio p quã sal' mũdi edita ẽ: vt salutẽ corpis z aie pcib' tue dignatiõis obtineã. Ad te venio q̃ imunẽ ab oi pctõ deũ z hominẽ genuisti: vt mihi pctor meor veniã apud eũ dẽ bñdictũ vẽtris tui fructũ obtẽtu materne pietatis implores Ad te venio q̃ vgo añ ptũ pmãsisti. z vgo post ptũ vt mihi tua itercessiõe repare digneris imũdiciã cordis z corpis: quã tot z tãtis inq̃namẽtis carnis z spũs polluí: quã sic inũeris vicib' ab ineũte pueritia tantarũ sordiũ feditate corrupi. Añ te postremo venio: nihil d tua ptãte diffidens: nihil de pietate desperans: nihil de iter uẽt' tui grã dubitãs. Scio enĩ q: potes oía q̃ vis: z vis

oīa que ad humanā spectāt salutē: ⁊ q pie te fideliterq; petētib⁹ misericorditer sub uenire nō differs. Testis est magnus pater Blasius. Testis est ⁊ pctōr olī theopbi. lus. Testis est ⁊ pie memorie Gregori⁹ papa septim⁹: vel quanta potestate predita sis: vel quanta pietate redūdas: vel q̄ celeriter in te sperantibus auxiliū tue liberationis impendas. Unde ⁊ ego licet indignus rogo ⁊ deprecor te: o dn̄a regina celi ⁊ terre per illā singularem quaz tibi deus prestitit gratiaz per illam que de imaculata carne tua processit humanitate nostri mediatoris verbi: ⁊ carnis: vt exiguitatis mee preces dignanter accipias: ⁊ opem tui patrocinij apud eūdem filium tuum hic ⁊ in futuro seculo clemēter exhibeas: quia fas non est vt tibi pro me vel ꝑ alio aliquo peccatore petenti quicq̄ deneget ille qui de te nasci dignatus est verus rex ⁊ verus pacificus dominus noster Jesus christus. Qui cum patre ⁊ spiritu sācto viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ Sanctus Emundus Cātuariens. archiep̄s sequētē orōnē cōposuit: eāq; quotidie dicere ꝯsueuit in honorē sāctissime dei genitricis semp v̄ginis Marie: ⁊ bti Joānis euangeliste tutoris eius. Quā cuz semel ꝑpter occupationē quandā dicere neglexisset: apparuit ei sāctus Joānes euangelista ferulā in manu tenens: ⁊ vt leuaret manuz iperans. Qui cū leuasset: ⁊ ille ferulā alte leuās: pie tn̄ submittēs blāde eum corripuisset: subiungens ait: Caue ne ampli⁹ vnq̄ omittas qd diligēter obseruauit: maximāq; ob hoc sanctitatis gratiā ꝑmeruit. Multa etiam alia leguntur facta miracula virtute illi⁹ oratiōis que breuitatis causa hic omittuntur.

O Intemerata ⁊ in eternū benedicta singularis ⁊ incōparabilis v̄go dei genitrix. Maria: gratissimū dei templū: spūs sci sacrariū: ianua regni celestis: per quā post deum totus uiuit orbis terraꝝ: inclina aures tue pietatis indignis supplicationibus meis: ⁊ esto mibi peccatori pia in omnib⁹ auxiliatrix. O Joānes beatissime xp̄i familiaris amice: qui ab eodē dn̄o nostro

Jesu xpo virgo elect⁹: et inter ceteros magis dilectus: atq; mysterijs salutarib⁹ vltra oés imbutus apl's eius ꝛ euangelista factus es ꝑclarissim⁹. Te inuoco cũ matre eiusdẽ saluatoris: vt opẽ tuã mihi cũ illa ferre digneris. O duo gẽme celestes Maria ꝛ Joannes. O duo luminaria diuinitus ante deũ lucentia: vestris radijs effugate scelerũ meorum nubila. Uos estis illi duo: in quibus ipse de⁹ pater filiũ suũ spãliter edificauit sibi domũ: ꝛ in quibus ipse fili⁹ dei patris vnigenitus ob syncerissime veritatis meritũ dilectionis sue confirmauit priuilegiũ in cruce pẽdens vni vestrũ ita dicens. Mulier ecce filius tuus. Deinde ad aliũ. Ecce mr̃ tua. Jn huius sacratissimi amoris dulcedine: qua ita ore dñico velut mater ꝛ filius inuicẽ coniuncti estis. Uobis duob⁹: ego peccator hodie corpus ꝛ animã meã cõmendo: vt omnibus horis atq; momẽtis intus ꝛ exteri⁹ firmi custodes ꝛ pij apud deũ intercessores existere dignemini. Credo enĩ firmiter ꝛ fateor ꝛ idubitanter scio: quia velle vr̃m: velle dei est. Unde quicqd ab illo pietatis: sine mora obtinebitis. Per hanc igit tã potissimam vestre dignitatis virtutem: poscite mihi corporis ꝛ aĩe salutẽ: ꝛ a deo indulgentiã oĩuz peccatorũ meorũ: atq; in extrema hora huius vite: venite mihi in adiutoriũ contra oẽs laqueos inimici: ꝛ in die iudicij qñ redditurus sum rationẽ de peccatis meis succurrite mihi ante tribunal xp̄i: vt non deputer cũ ipijs ad penã: sed cũ iustis ad gaudiũ ꝛ ad gl'iaz. Agite queso agite gloriosis vr̃is orationibus: vt cor meũ inuisere et inhabitare dignet spiritus almus gratiaꝝ largitor optimus: qui me cunctis vitiorum sordibus expurget: sacris virtutibus exornet i dilectiõe dei ꝛ ꝓximi perseuerare faciat: vt post hui⁹ vite cursũ ad gaudia ducat electoꝝ suoꝝ benignissim⁹ paraclitus. Qui cũ patre et filio coetern⁹ viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sequens oõ dĩ Aurea eo q; nulla eo dulcior: ꝛ beate virgini Marie acceptior sensu humano dictari põt si

cũ deuotione dicat put ip
samet habens eandẽ saluta
tionẽ aureis lr̃is in pectore
suo scriptam cuidam deuo
te persone legit reuelasse.

Aue rosa sine spinis: tu
quã pr̃ in diuinis ma
iestate sublimauit: & ab om
ni ve purgauit. Maria stel
la dicta maris: tuo nato illu
straris luce clara deitatis:
qua prefulges cũctis datis.
Gratia plena te perfecit: spi
ritusscts dum te fecit: vas
diuine bonitatis: & toti⁹ pie
tatis. Dñs tecũ miro pacto
verbo vite carne facto: ope
re trini conditoris: o q̃ dul
ce vas amoris. Bñdicta tu
in mulierib⁹. Hoc testatur
oĩs tribus celi. Fant te bea
tam superexaltatã. Et bene
dictus fructus ventris tui.
Quo nos dona semper frui
per pregustũ hic in eternũ:
& post mortem in eternum.
Amen. Hunc salutis sensũ:
tue laudis gratum pensum.
Corde tuo sinu pia. Clemẽs:
dulcis. O Maria. Amẽ.

¶ Quicũq3 sequentẽ ora
tiunculã quotidie deuote
dixer. t: sine pnĩa & mystico
corpis xp̃i nõ dedecet: sicut
fuit reuelatũ btõ Bernar.
do: cui ab angelo data est.

Aue Maria ãcilla scẽ
trinitatis. Aue Ma
ria sponsa spũsſci. Aue ma
ria mr̃ dñi nr̃i Jesu chrsti.
Aue maria soror angelorũ
Aue Maria promissio pro
phetarum. Aue Maria re
gina patriarchaꝝ Aue Ma
ria magistra euãgelistarũ.
Aue Maria doctrix aposto
rũ. Aue Maria cõfortatrix
martyrũ. Aue Maria fons
& pulchritudo ↄfessoꝝ. Aue
Maria decus & corona vir
ginũ. Aue maria sal⁹ & ↄsola
trix viuoꝝ & mortuoꝝ. Me
cũ sis in oĩb⁹ tẽtatõibus: tri
bulatiõib⁹: necessitatib⁹ an
gustijs ĩfirmitatib⁹ meis. Et
ĩpetra mihi veniã oĩuz deli
ctoꝝ meoꝝ: & maxime in ho
ra erit⁹ mei nõ desis mihi: o
pijssima virga Maria Amẽ

¶ Bonifacius papa dedit
oĩbus sequentẽ oõnem de
uote dicentibus centũ dies
indulgentiarum.

Aue Maria alta stirps
lilij castitatis. Aue p.
funda viola vallis humilita
tis. Aue lata rosa cãpi diui
ne charitatis Aue abyssalis
fons oĩs gr̃e & mĩe: celi ros
fructifer oĩs diuine suauita
tis & deuotionis. Amen.

¶ Sequitur oratio dẽ om

nibus membris beatissime virginis Marie: quaȝ qui deuote dixerit: specialeȝ ab ea gratiā consequit. Et debet dici post quālibet clausulam vnum vel duo Aue Maria: iuxta exigentiaȝ mēbri vel mēbroꝝ eiusdē beatissime virginis.

O Dulcissima regia mūdi dei genitrix virgo Maria: dignare me laudare: adorare et bñdicere tua sacratissima virginea mēbra nectare celesti ꝛ diuino recolenda. Aue ma.

¶ Adoro ꝛ benedico altissimos pedes tuos: qbus antiqui serpentis cum omnib⁹ pōpis eius caput calcasti: ꝛ arcem virtutum virginitatis prima ascendens dominum portantem omnia sine grauamie portare meruisti. Aue ma. Duo

¶ Adoro ꝛ bñdico castissimum vterum tuum aceruo tritici liliis cādidissimis vallato cōparatuȝ: a spiritu sancto ipregnatum: in quo tanq̄ȝ thalamo mundissimo verum deum ꝛ verum hoiem dei filiū ɔcepisti. Aue maria

¶ Adoro ꝛ bñdico nobilissimum cor tuū omni sapientia celesti decoratuȝ: ꝛ ardore charitatis inflāmatuȝ: in qua sacra conferens nostre redēptiōis mysteria: tpe cōgruo reuelāda diligēter ꝛ fidelissime ɔseruasti. Aue.

¶ Adoro ꝛ benedico fecundissima vbera tua botris assimilata: virtute celesti repleta: quibus dei filiuȝ ꝑ nobis paruulum factuȝ a quo pascuntur omnia lactauisti Aue maria. Duo

¶ Adoro ꝛ bñdico manus tuas tornatiles plenas biacyntis qbus mundi saluatorē: natuȝ adorās in p̄sepio reclinasti: ꝛ ei⁹ mēbra sacratissima ī omni puerili necessitate reuerēdissime tractasti. Aue maria.

¶ Adoro ꝛ bñdico os ꝛ linguā tuā disertissimā qb⁹ angelo nūciāti v̄ba salutis ꝛ vite rñdisti: ꝛ cum dulci melodia ꝑ susceptis bñficiis gratias referēs magnificat decantasti. Aue ma. Duo

¶ Adoro ꝛ benedico labia tua melliflua que saluatoris ori benedicto genitrix īmaculata multotiens per oscula cōiunxisti. Aue.

¶ Adoro ꝛ benedico nares tuas dcētissimas qb⁹ dulcedinē diuīe p̄setie ꝛ floris de Nazareth idest xp̄i dñi nr̄i

miram fragrantiam sensisti Aue maria. Duo

Adoro et benedico obedientes aures quas ad obseruationem diuinorum pcepto rum et consiliorum inclinasti: quibus dulcia vite eloquia ab ore increate et summe sapientie suscepisti. Aue maria. Duo

Adoro et benedico speciosissimos oculos tuos: quos sponsum aduolare fecerunt: quorum virtus et efficacia tanta existit: vt nequeant eternaliter mori quos cumque ex ipsis voluerit misericorditer intueri. Aue maria. Duo

Adoro et benedico animam tuam sanctissimam et corpus tuum mundissimum in quibus dei filio gratissimum habitaculum preparasti: et in quibus vt pie creditur in celestibus iuxta filium tuum residens. Iam sto lam duplicem speciali quodam priuilegio iamenitate summe beatitudinis recepisti. Aue maria. Duo

Subscriptam orationem edidit Sixtus papa quartus et concessit omnibus eam deuote dicentibus coram imagine beate virginis in sole. xl. M. annorum vere indulgentie.

Aue sanctissima Maria mater dei: regina celi: porta paradisi: domina mundi tu es singularis virgo pura: tu concepisti iesum sine peccato: tu peperisti creatorem et saluatorem mundi: in quo ego non dubito: ora pro me iesum dilectum filium: et libera me ab omnibus malis. Amen.

Sequuntur orationes de septem gaudijs corporalibus beate Marie virginis: et debet dici. Aue maria post quodlibet.

Virgo templum trinitatis: dei summe bonitatis et misericordie: qui tue humilitatis dulcoremque suauitatis vidit et fragrantie. De te nasci nunciatur cum per angelum mandatur: tibi salus gratie modum queris demonstratur: dum consentis in carnatur confestim rex glorie: per hoc gaudium precamur vt hunc regem mereamur habere propicium: et ab eo protegamur protecti recipiamur in terram viuentium. Aue.

Secundum gaudium gratularis cum tu solem stella paris velut luna radium: pariendo non grauaris virgo manens nec mutaris propter puerperium: sicut flos propter odorem suum non perdit decorem cum odor emittitur. Sic tu propter creatorem virginitatis candorem non

perdis cum nascit. O Ma ria mater pia esto nobis re cta via ad tuuz filiū ac p tua gratia:depelle nr̄a vitia per hoc scm̄ gaudiū. Amē.

¶ Tertiū gratulari stellam nouā quā morari vides sup filio:cuz a magis adorari ip sum cernis ⁊ ditari munere cuz vario. stella notat vnita tē tresqꝫ reges trinitatē in p̄ dicto filio. Aurū mētis puri tatem: myrrha carnis casti tatē ⁊ thus adorādo. O ma ria stella mūdi a pctō simus mundi p te plena gratia: et virtutib⁹ fecūdi:leti tecuz ⁊ iocundi letemur in patria. Aue maria.

¶ Quartū virgo cibo daē cū a morte suscitaē xp̄s die tertia:per hoc fides robora tur spesqꝫ redit mors fugaē atqꝫ daē venia: hostis mal⁹ captiuaē dolet gemit anxia tur amissa potentia: homo captus liberaē ⁊ ab imo sub leuaē sursum ad celestia. O tu mater creatoris funde p̄ ces cūctis horis:vt post istō seculū:post cursū hui⁹ labo ris btis iūgamur choris su pernoꝝ ciuium. Aue.

¶ Quintum virgo recepi sti ascēdentē cū vidisti filiuz in gl'ia: tūc apte cognouisti q̄ tu maē extitisti: cui⁹ eras filia. In ascēsu demōstratur via p quā ascēdaē ad celi pa lacia. Ergo surgat ⁊ sequaē istā viā q morae in mūdi mi seria:per hoc gaudiuz roga mus ne subijci valeam⁹ de monis imperio. Sed ad ce los ascēdam⁹ vbi semp gau deamus tecum et cum filio. Aue ma.

¶ Sextū gaudiuz ondit de supnis q descēdit i linguis paraclytus:dū ꝯfirmat ⁊ de fendit:replet mūdat et accē dit apl'os penit⁹. Ignis i lin guis est datus: vt per ignez sit sanatus hō linguis pdit⁹ Et per ignez sit sanatus qui fuerat maculatus per pctm̄ penitus: per hoc gaudiū be atū ora virgo tuū natum vt in hoc exilio:deleat nr̄m rea tū ne sit nobis in pctm̄ in ex tremo iudicio. Aue.

¶ Ad septimū iuitauit cuz de mūdo te vocauit xp̄s ad celestia:super choros exalta uit exaltataz honorauit spe ciali gr̄a: sic honor tibi p̄sta tur q̄ nemini misereatur ni si per te curia:nec virtutib⁹ dotaē nisi per te cui daē vir tutū custodia: virgo mater pietatis sentiamus bonita tis tue beneficiū:vt nos ser

nes a pctis z perducas cum beatis ad eternū gaudium.
O maria mater mūda a pec catis nos emūda per hec septem gaudia: z secūdo nos fecūda z duc tecū ad iocūda paradisi menia. Aue. ℣. Dignare me laudare te vgo sacrata. ℟. Da mihi vtu. Orō

Domine iesu xpe vnigenite sūmi patris: q gloriosam virginē matrem tuam letificare dignatꝰ es: concede propicius famulis tuis: eadē gaudia ad honorem virginis et matris tue sepe recolere: quatenus eiꝰ intercessiōe gratissima z meritis gloriosis mereant cuz ipsa z sāctis tuis omnibus in tua gloria eternaliter glo riari: qui cū deo.

¶ Item alia oratio de eisdē gaudijs.

Gaude vgo mater xpi q̄ per aurē concepisti gabriele nuncio.
¶ Gaude qz deo plena peperisti sine pena cum pudoris lilio.
¶ Gaude qz tui nati quem videbas mortez pati fulget resurrectio.
¶ Gaude xpo ascendēte qz in celos te vidente motu fer tur proprio.
¶ Gaude que post ipz scādis z est honor tibi grandis in celi palacio. ℣. Ora p nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni. Coll.

Deus qui beatissimam virginē mariā in cōceptu z ptu dilecti filij tui virginitate suata duplici gaudio letificasti: quiqz eiꝰ gaudia eodē filio tuo a mortuis resurgēte: z ad celos ascēdē te multiplicasti: tribue qs: vt ad illud ieffabile gaudiū quo tecū assūpta gaudet i celis eiꝰ meritis z pcibꝰ pueni re valeamus. Per eundem xpm dnm nrm. Amen.

¶ Item alia breuis de qnqz gaudijs bte marie: z est btī Bernardi abbatis claraeuallis vt dī.

Esto tibi o pijssima q̄si osculū imprimere hunc audire vsiculum. Aue maria grā ple. do. te. Totiēs enim oscularis: q̄tiēs p aue saluta ris. Ergo ad eiꝰ imaginē accedite oscula imprimite aue maria dicite. Gaude virgo gratiosa verbū verbo cōcepisti. Gaude tellus fructuosa fructum vite ptulisti.
Gaude rosa speciosa vnā⁹ cbristo resurgente.
Gaude mater gloriosa chri

sto celos ascendente.
Gaude fruens delitijs nunc rosa iuncta lilijs: munda nos a vitio: et tuo iuge filio Amen.
Versus deuotionis.
O dulcis amica dei rosa vernans atque decora. R. Memor esto mei dum mortis venit hora.
Sequuntur orationes de septem gaudijs spiritualibus que beata virgo maria nunc habet in celis prout per eam reuelatum fuit cuidam deuoto: qui cum alia gaudia corporalia ipsius que in hoc mundo habuit deuote quotidie recoleret: sibi dixit ut illa spiritualia deinceps recitaret: in quibus sibi multo amplius complaceret.
Gaude virgo mater christi: que tu sola meruisti: o virgo dulcissima: esse tante dignitatis: ut sis sancte trinitatis: sessione prima. Gaude flore virginali: que honore speciali transcendis splendiferum angelorum principatum: et sanctorum decoratum dignitate numerum. Gaude nexu voluntatis: et amplexu charitatis: iuncta sic altissimo ut ad votum consequeris: quod vis totum a carissimo: ab illo dulcissimo.
Gaude splendens vas virtutum: cuius pendens est ad nutum: tota celi curia: te benignam et felicem: iesu dignam genitricem: venerans in gloria. Gaude sponsa cara dei: nam ut clara lux diei: solis dat lumine. Sic tu facis orbem vere: tue pacis resplendere: lucis plenitudine. Gaude mater miserorum quia pater seculorum: dabit te colentibus: congruentem hoc mercedem: et felicem poli sedem: regnis in celestibus.
Gaude parens virgo pura: certa manens et secura: quod hic tua gaudia: non cessabunt nec decrescent: sed durabunt et florescent: per eterna secula. Amen.
Aue maria: sed dicatur in fine cuiuslibet. V. Speciosa facta es et suauis. R. In delitijs tuis sancta dei genitrix. Oratio.
Suplicationem seruorum tuorum deus miserator exaudi: ut qui sancte dei genitricis et virginis marie felicia gaudia quibus assumpta in celis gaudet commemoramus: eius interessionibus ab instantibus periculis eruamur et ad eterna gaudia peruenire mereamur. Per eundem.
Item oratio deuota ad sanctam trinitatem et beatam mariam virginem pro peccatorum venia et gratia impetranda.
Pater et mon a quo mundus lege firma regitur: a quo certa ratione benigne disponitur: parce plebi que a christo christiana dicitur.

Adonay ab iferni defende periculo: quos dilecti sacra uisti filiū vocabulo: qs eius dem redemisti salubri pati bulo. Fili dei iesu xpe domi nator dñe: q p mundi medi cina natus es de vgine: pla ca patri nos quos tuo rede misti sanguine. Athanatos mediator dei atqz hoiuz: fir ma pactū pacis huius inter nos z dñm: ne priuemur re gno dei p cōmisso criminū Qui procedis ab vtroqz pa raclyte spūs: cuius ignis in flāmauit fideles diuit⁹ hoc eodem nostras sordes igne crema stupitus: hoc eodem nr̄e mentis oculos illumina hoc eodē sensus nostros sca brosos examina: hoc eodez vniuersa nr̄a dele crimina. Trin⁹ deus in psonis: vnus in substātia: culpas nr̄as et reatus plena dele venia: z sic mūdos a pctīs reduc ad celestia. Aue virgo dei ma ter vā spes fideliuz: porta ce li z stella maris: recti cursus brauium: sūma legis: forma pacis: salutis exordiuz. Aue vgo aue feta: aue plena grā. Aue sponsa: aue mater: aue dei filia: qua diuersa facis vnum o oipotentia: fons si gnatus sacri sūmi 9ceptacu

lū: scala iacob: dom⁹ dauid: salomonis ferculū a leonis ore salua xpianū populum. Theothocos virga iesse: oli ua fructifera: tēpluz dei: ar cha noe: colūba pacifera in ferni nos caribdi in eternū libera. Turris in qua pēdet oīs armatura fortiū: rosa flo rēs sacra vitis: liliū 9valliū: medicina pctōz: vtutis do narū. Una dulcis: flos sua uis: nardus odorifera: vgo semp gloriosa sublimis pau pera: pbe nobis adoptiuis pietatis vbera. Orīētis por ta clausa quaz vidit ezechi el. Mensa regis ad quaz da pes tulit ipse gabriel: quaz opem in leonum lacu sensit daniel. Tu sigillum libri vi te solidū in secula: cuius po test solus agnus soluere si gnacula: in hoc nr̄a precum stilo ascribe vocabula. Tūc virgo sāctitatis luce nos ir radia: z sic tua pia pce deo reconcilia vt post mortē glo riemur i celesti patria. Ad oēs ptātes virtutū celestiū: ad hoc omnes scti vestrum petimus auxilium. Misere re nostri de⁹ in personis tri nitas: miserere miserere no stri simplex vnitas: te spiri tus omnis laudet sempiter

na deitas. Amen.

¶ Oratio deuotissima beati Bernardi abbatis clareuallis quam cum semel diceret ante imaginē crucifixi ipsa imago de cruce se inclinans eū amplexata est.

¶ Salutatio ad pedes.

Salue mundi salutare: salue salue Jesu care: cruci tue me aptare: vellem vere tu scis quare: da mihi tuā copiā. Ac si presens sic accedo: imo te presentē credo: o q̄ nudū hic te cerno ecce tibi me psterno: sis facilis ad veniā. Clauos pedū plagas duras: et tam graues ipressuras: circūplector cum affectu: tuo pauens in aspectu tuorum memor vulnerum Grates tante charitati: nos agamus vulnerati: o amator pctōrum reparator confractorū: o dulcis pr̄ pauperū. Quicquid est in me confractum: dissipatum aut distractū: dulcis iesu totum sana: tu restaura: tu cōplana: tam pio medicamine. Te in tua cruce quero: put queo corde mero: me sanabis hic vt spero: sana me et sanus ero in tuo lauās sanguine. Plagas tuas rubicundas: et fixuras tam pfundas: corde meo fac inscribi: vt cōfigar totus tibi te modis amans oibus. Quisquis huc ad te accessit: hosq̄ pedes corde pressit: eger sanus hinc abscessit: hic reliquēs quicqd gessit: dans osculū vulneribus. Dulcis iesu pie de⁹ ad te clamo licet reus: pbe mihi te benignū: ne repellas me indignū: de tuis sctis pedibus. Coram cruce pcumbē tem: hosq̄ pedes cōplectentē. Jesu bone non me spernas: sed de cruce sancta cernas cōpassionis grā. Jn hac cruce stās directe: in te meo mi dilecte: totū ad me te cōuerte esto sanus dic aperte: dimitto tibi oīa.

¶ Salutatio ad genua.

Salue iesu rex sanctorum spes votiua peccatorum in ligno tanq̄ reus: pendēs homo verus deus: caducis nutans genibus. O q̄ paup O q̄ nudus: qualis es ī cruce ludus. Derisorum iocus factus sponte tamen non coactus: attritis mēbris oib⁹. Sanguis tuus abundāter: fusus fluit incessanter: totus lotus in cruore: stans in maximo dolore: precinctus vili tegmine. O maiestas infinita. O egestas inaudita.

Quis pro tanta charitate querit te in veritate: dãs sanguinez pro sanguine. Quid sum sibi responsurus: actu vilis corde durus. Quid rependã amatori: q pro me elegit mori: ne dupla morte moriar. Amor tuus amor fortis quem non vincũt iura mortis. O q̃ pie me sub cura: tua foues ĩpressura: ne mor su mortis vlnerer. Ecce tuo p amore: te cplector cuz rubore. Me coapto diligẽter tu scis causam euidẽter: sed suffer z dissimula. Hoc qd ago nõ me grauet: sed me sanet z me lauet ĩquinatum z egrotũ. Sãguis hic fluẽs p totum: vt nõ subsit macula In hac cruce te cruentuz te distentũ z cõtemptũ: vt req rãme ĩpelle: z hic ĩple meũ velle. Facturus qd desidero. Et querã mẽte pura: sit hec mea prima cura. Nõ est labor: nec grauabor sed sanabor z mundabor: cum te cõplexus fuero.

Salutatio ad man⁹ dñi.

Salue iesu pastor bone fatigatus in agone: q per lignum es distractus: et ad lignuz es cõpactus expãsis in eo manibus. Manus sãcte vos auete: rosis nouis adimplete: hos ad ramos du re iuncte z crudeli ferro pũcte: tot guttis decurrentib⁹ Ecce fluit circũquaq man⁹ tua de vtraq: sanguis tuus copiose: rubicundus instar rose: magne salutis preciũ. Manus clauis perforatas z cruore purpuratas: cordi primo pre amore sitibundo bibens ore: cruoris stillicidiuz. O q̃ large te exponis: promptos malis atq bonis: trahis pigros: pios vocas: z in tuis vlnis locas: parat⁹ gratis omnibus. Ecce tibi me pñsẽto: vulnerato z cruẽto: semper egris misereris: de me ergo ne gaueris qui presto es amantib⁹. In hac cruce sic extensus: in te me os trahe sensus: meum posse velle scire: cruci tue fac fuire: te meis apta brachijs In tam lata charitate: trahe me in veritate: propter tuam crucem almam: trahe me ad crucis palmam: dans finem meis vitijs. Manus sancte vos conplector: et gemendo condelector: grates ago plagis tantis clauis diris guttis sanctis: dans lachrymas cũ osculis In cruore tuo lotum: me cõmendo tibi totum: tue sancte man⁹

iste me defendát iesu xp̄e ex tremis in periculis.

¶Salutatio ad latus dn̄i.

Salue iesu sūme bon⁹: ad pcendū nimis pro-nus: mēbra tua maciléta: q̄ꝫ acerbe sunt distéta: i ramo crucis torrida. Salue latus saluatoris: in quo latet mel dulcoris: in q̄ patꝫ vis amo-ris: de quo scatet fons cruo ris: qui corda lauat sordida Ecce tibi appropinquo: per te iesu si deliquo verecūda quidem fronte: tamen ad te veni spóte: scrutari tua vul-nera. Salue mitis apertura de qua venit vena pura: por ta patens ꝛ profunda: super rosam rubicūda: medela sa lutifera. Odor tuus sup vi-num: virus pellens serpen-tinum: potus tu⁹ potus vite: qui sititis huc venite: te dul ce vulnus aperi. Plaga ru-bés aperire: fac me tecū cō-sentire siue in te consentire: vellem totus introire: pulsā ti pauide pauperi. Ore meo te contingo: in te cor meū in tingo: te ardéter ad me stri-go: te ardenti corde lingo: me totū i te traūce. O q̄ꝫ dul cis sapor iste: q te gustat iesu xp̄e: tuo vict⁹ a dulcore mo-ri posset pro amore: te vnuꝫ amās vnice In hac fossa me recōde: inter meū cor profū de: vbi iacens incalescat: et in pace cōquiescat: nec pro-sus quemq̄ꝫ timeat. Hora mortis meus flatus: intert Jesu tuuꝫ latus: hic expirās in te vadat: ne hunc leo trux inuadat: sed apud te perma neat.

¶Salutatio ad pectus do mini.

Salue salus mea deus. Jesu dulcis amor me-us: salue pectus reuerendū amoris domicilū.

¶ Aue throne trinitatis archa lata charitatis firma mentuꝫ īfirmis par ꝛ pausa fatigatis humilū tricliniuꝫ Jesu dulcis pastor pie: fili dī ꝛ marie: largo fonte tui cor dis: feditaté mee sordis: be nigne p̄r dilue. Aue splédor ꝛ figura sūma dei genitura: de thesauris tuis plenis: de solatis ꝛ egenis: minus cle-méter ꝓflue. Dulce iesu xp̄i pect⁹: tuo fiaꝫ dono rectus: absolatus a pctis: ardens igne charitatis: vt semp te recogité. Tu abyssus es so-phie angelorūꝫ armonie te collaudant ex te fluxit: qd̄ Joānes cubans suxit: fac in te q̄ ibabiteꝫ. Aue fōs beni

marie manans vultus hinc creator tanq̃ stultus ab oībus despicitur. Os stillans mellis dulcore pallet totus pre horrore: cecos visu q̄ vestiuit: hic visu frui desiuit: q̄ sputis obruitur. En pes caput leua dextra dolens passim intus extra: gyro hinc illic regyro: nil in tam preclaro viro: nisi dolor conspicit. Pignus eterni ardoris huius causa sum doloris scio iesu q̄ sum reus miserere mei deus hoc corpus dum relinquitur. Amen. ℣. Adoram⁹ te christe ⁊ benedicimus tibi. ℟. Quia per sctām crucē tuā redemisti mūdū. Orō.

Domine iesu christe rogo te per mysteriū sancte incarnationis tue ⁊ amaritudinē passionis tue: ⁊ excellentiam dilectionis tue: ⁊ pijssimam genitricem tuā: ⁊ merita ⁊ suffragia omniū sanctorum ⁊ electorum tuorum miserere mihi peccatori nunc ⁊ semper in hora exitus mei: ⁊ miserere clementissime deus animabus omnium fidelium defunctorū per multitudinem omnium miserationum ⁊ misericordiarum tuarum. Amen.

¶ Orō ad btām virginem.

O Domina glorie: o regina leticie. O fons pietatis: o vena misericordie: o sanctitatis libertas: o iocunditatis amenitas: o splēdor celi: o dulcedo paradisi: o domina angelorum: o sanctorū leticia: o virginum gēma: o felix ⁊ btā: tibi domina mea virgo maria hodie cōmendo totum corpus ⁊ animam meam: ⁊ totam vitam meā: Quinq̄ sensus corporis mei omnia facta mea: mortē meam: ⁊ resurrectionem meā. cum sis benedicta in eternū ⁊ vltra cū filio tuo domino nostro iesu christo: qui cum patre ⁊ sancto flamine viuit ⁊ regnat i sclā sclo℞. Amen.

¶ Alia de virgine beata.

Recordare virgo xp̄i: q̄ hic quē dilexisti: ex te pauper nascit. recordare q̄ natus ⁊ in feno reclinatus: carne circūciditur. recordare symeonis: per quem tue passionis gladius exprimit. recordare q̄ eum ad perdēdum tanq̄ reū herodes persequitur. recordare cruciatus: quo amissus a te natus ⁊ a ioseph queritur. recorda re q̄ ductus in egyptū ⁊ reductus desertū ingreditur. recordare q̄ lassus vijs ven

tos imbres passus tentari p mittitur. recordare famam sitis: estus pruine famis sitis: quibus crebro quatitur. recordare q plorās docens sanans z laborās a cunctis despicitur. recordar quia cena turba facta cum bissena traditur z venditur. Recordare quo merore: quo pauore: quo sudore sanguie perfunditur. Recordar quo tumultu: quibus armis quo isultu nocte comprehenditur. Recordā. q vinctus tanq latro ferro cinctus a ministris trahit. Recor. q pilis eius vulsis tanq vilis a suis relinqt. Recor. q rursus conculcat[9] z illusus adorari legit. Recor. virgo bona quali serto qua corona caput eius ceditur. Recor. q iesus stas velatus palmis cesus: prophetare cogitur. Recor. q exutus flagellatus z cōsputus: purpura iduitur. Recor. q modestus alba veste gestās mestus inhoneste sternitur. Recordare q z gratis accusatur ab igratis. tandē morti traditur. Recordare q iustus cōdemnatur z iniustus barrabas dimittit. Recor. q terre dominator crucem ferre hūeris cōspicitur. Recordare q cruci cu iniquis clauo truci extensus affigitur: recordare q vermis ligni tener z inermis in altu erigitur. recordare q inuictus ditor tanq maledictus sic pendere cernitur. recordare: q poris carnis ruptis vi doloris cruor largus funditur. recordare quanto zelo cruor ille tanto velo roseus excipitur. recordar quia gratu corpus eius denudatum per te mater tegitur. recordare q gētes plasphemātes vah dicentes vt quid tē plū soluitur. Recordar quo sermone increpat[9] a latrone foris in vestē mittitur. recordar q potu fellis z aceti bis bucellis vtrisq reficitur: recordare quo furore hely clamans in dolore se relictū qritur. recordare quo tremore terre tēplu cū clamore vita mūdi morit. recordare quo liuore vnda manans cū cruore latus eius foditur. recordare quo mucrone p dilecti passione pectus tuū scindit. recordare p quē plāctu corp[9] illud sacrosanctū de cruce deponit: recordare quo cōductu qto fletu quāto luctu sepultura reddit. Per has ergo virgo suas passiōes: imo

tuas nos emunda sordibus
vt felices cicatrices christi
seruis dent radices nostris
fixe cordibus. Amen.

¶ Incipit rosarium beate marie virginis cū articulis vite xpi. Qd quicunqꝫ deuote dixerit: maximas acqret indulgētias. ¶ Notandū tñ qꝙ in pncipio debet dici. Credo in deū. postmodū. Pater noster. Aue ma. ⁊ ante qualibet clausulam. Aue maria gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus vētris tui iesus xps. fine amē. q2 qlibet clausula incipit a relatiuo q: quē: vel quo: qd refert ad iesum xpm. Et post decez clausulas semp dicant. Pr nr. Credo i deū. Aue maria

Suscipe rosariū virgo deauratum : Jesu per cōpendiuz vita decorata. Aue.
¶ Quē virgo carēs vicio d flamie ɔcepisti: dū Gabriel nūcio hūillime ɔsēsisti. Aue
¶ Quo ipregnata citi⁹ cognatā visitasti: ioānēqꝫ celerius in vētre scificasti. Aue.
¶ Quē ciuitate bethleē letādo gēuisti: neqꝫ dolorē alīquē gignendo ptulisti. Aue.
¶ Quē regis Dauid genere: mox natū adorasti: ac vagiētē vbe ṽgieo lactasti. aue
¶ Quē pānis fasciis cōstrictū reclinasti ⁊ suis obsequiis te totam mācipasti. Aue.
¶ Quē magno cū tripudio āgeli laudauerūt. pacēqꝫ cū gaudio i trris cecinerēt. Aue.
¶ Quem pastorē omnium pastores cognouerunt: dum in presepe dominum iacentem inuenerunt. Aue.
¶ Qui iuxta rituz hoīs passus circūcisionē z dulcis iesu noīs cepit ipositionē. Aue.
¶ Qui a trib⁹ regib⁹ seruēter adoratur: magnisqꝫ muneribus decēter veneratur. Hic vnū pr nr. Aue maria.
¶ Quē die qdragesima in tēplo pñtasti: ac moysi legitima spontanee subisti. Aue.
¶ Quē herodē fugiēs egypto adduxisti. tandē inde rediēs ad nazareth venisti. A.
¶ Quē ad festa transiēs dolenter pdidisti: sz mox tēplū adiēs gaudenter repisti. Aue.
¶ Quē manuuz p opa sollicite nutristi ⁊ i etate tenera i oīb⁹ puidisti. Aue maria.
¶ Quē iordāis flumie ioānes baptizauit: ⁊ agnoscēs noīe digito mōstrauit Aue.
¶ Quem sathanas astutijs

tripbarie tẽtauit: saluator ꝛ vsutijs pruđẽr obuiauit. A.
¶ Qui tuo ꝓ oraculo aquã i vinũ mutat: i quo suos miraclo discipl'os cõformat. A.
¶ Qui obsessos plrimis de monib⁹ saluauit: ac ĩfirmos varijs lãguorib⁹ curauit. A.
¶ Qui lazar cũ filio vidue suscitauit: puellã cũ ꝓdigio ad vitam reuocauit. Aue.
¶ Qui cũ peccatoribus frequẽter mãducauit. bisqꝫ penitẽtib⁹ pctã relaxauit. Dic vnum pater nr̃. Aue maria.
¶ Cuius pedes lachrymis peccatrix irrigauit dolensqꝫ ex ĩtimis vẽiã ĩpetrauit. A.
¶ In mõte thabor deforis q trãsfiguraᷓ ꝛ gliosi corporis maiestas declaraᷓ. Aue.
¶ Cũ palmis celerĩ ĩ vrbẽ quẽ duxerũt: vespe ſꝫ turpiᷓ vacuũ dimiserunt. Aue ma.
¶ In cena q nouissima pedes suoꝝ lauit escaqꝫ nobilissima cũ sanguĩe cibauit. A.
¶ In horto mẽte anxia plixe q orauit: ꝛ aquã pre tristicia cũ sãguĩe sudauit. Aue.
¶ Quem viri malefici cru deliter vixerũt ãneqꝫ ponti fici ligatũ adduxerũt. Aue.
¶ Vultũ cuius turpib⁹ sputis maculabãt: ꝛ pugnorum ictib⁹ dire vberabãt. Aue.
¶ Quẽ pilati sedib⁹ dãnãdũ ꝑsentabãt: atqꝫ falsis testib⁹ dolose accusabãt. Aue.
¶ A iudeis exhibitũ herodes quẽ imisit: sꝫ ꝑ despectũ bitũ vt fatuũ remisit. Aue.
¶ Quem indutum purpura columne alligatum: corona pũgit spinea flagellis verberatum. Pater nr̃. Aue.
¶ Quem confossum vulneribus milites subsãnarunt: ac crucifige vocibus iudei conclamarunt. Aue maria.
¶ Utreũ quẽ sceleris pilatus ꝯdẽnauit: crucis lignũ hũeris ꝓpis baiulauit. aue.
¶ Caluarie queꝫ vestibus loco exuerũt ꝛ manus cũ pedibus cruci affixerũt. Aue.
¶ Pro suis tortoribus attẽte hic precatur dũ crucis doloribus extẽsus tenebaᷓ. aue.
¶ Qui latroni omnia crimĩa dimisit: ac paradisi gaudia ilico promisit. Aue ma.
¶ Qui ioãni discipl'o te matrẽ cõmẽdauit: quẽ tibi ĩ patibulo ĩ filiũ donauit. Aue.
¶ Qui se relictũ oĩb⁹ dum pẽi q̃relaᷓ inimicoꝝ vocib⁹ turpiter blasphemaᷓ. Aue.
¶ Qui dũ exhaustis virib⁹ sitio cantauit fel ꝛ acetũ sau cibus miles ꝓpinauit. Aue.
¶ Qui ꝓphetaꝝ edita con

sumēs passiōne p̄mi parētis dedita persoluit rōne. Aue.
¶ In man⁹ patris tradidit spm̄ p̄ciosū alta voce dū edi dit cāticū dolorosū. Pr̄. aue.
¶ Crucis morte subijciēs i pace obdormiuit electos seri piens isernū introiuit. Aue.
¶ Satelles latēs dn̄i lācea p̄forauit hic aq̄ iūcta sangui ne abunde emanauit. Aue.
¶ Cui⁹ corp⁹ scissimū d̄ cru ce recepūt: z sepl'ch p̄ mūdis simū eidē aptauerunt. Aue.
¶ Qui virtute p̄pria a mor te resurrexit: teq3 a tristitia discipulosq3 erexit. Aue.
¶ Sup celo p̄ sydera ascen dit virtuose: atq3 in p̄ris de xtera residet gloriose. Aue.
¶ Qui penthecostes ip̄su3 spiritum emisit apostolis p̄ fenore añ vt promisit. Aue.
¶ Qui te super ethera po tenter exaltauit: z i sua d̄xte ra decēter collocauit. Aue.
¶ Propter mūdi scelera q iudex ē vētur⁹ singulo p̄ opa strennue discussurus. Aue.
¶ Dira qui supplicia est re probis datur⁹ s3 electis gau dia eterna collaturus. Aue.
¶ Orantibus rosarium au reum tue matris iesu christe propicium fac vultum tui pa tris. Amē. ℣. In oī tribula tiōe z angustia n̄ra. ℟. Suc curre nob̄ btīs. mr̄. Orem⁹.

Interueniat p̄ nobis q̄s dn̄e iesu xp̄e apud tuam clemētiam gloriosissima tua dei genitrix virgo semp̄ ma ria: cuius sacratissimā aīa3 i hora passiōis z mortis tue do loris gladi⁹ p̄transiuit. Qui viuis z reg. in vnitate sp̄us.

¶ Sequūtur orationes seu contemplationes multū de uote cum gratiaru3 actionī bus de omnibus beneficijs a deo humano generi impē sis: z specialiter in opere no stre redēptionis incarnatio nis z passionis xp̄i. Et p̄mo ponit orō excitatiua huma ne mētis ad laudandū deū.

Domine de⁹ me us laudar̄ te de sidero: quia ad laudādū te cre atum me agno sco. Api os meu3 i laude tua vt cātē gloriam nomini tuo. Excita cor meū in te. Repel le omne tediū isunde grām: accende amorē aufer iniqta te3 serui tui: mūda me ab oī inqnamento carnis ac sp̄us vt dignus efficiar in tui no minis honorē labia mea api re. Sed tuam abyssalem ma iestatis dignitatem quis di

gne laudare potuit? Ecce omnes virtutes celorũ atq; vniuerse potestates ãgelice nõ sufficiũt tue celsitudinis magnitudinez condigne laudare. quanto minus homo fragilis putredo ⁊ vermis. Deficit enim in cõdigna laude tua omnis creatura omnis oro: ois lingua ⁊ ſmociatio Quid igitur: Cessabo a laude: q2 te digne neq̃o laudare: aut io tacebo: ⁊ oino mutus ero: q2 imundũ ⁊ insufficienté me eẽ cognosco. Absit a me ingratitudo ista: vt cessem laudare te: quem laudare debet omnis creatura. Maxime autẽ homo rõnalis cui tãta bona ꝯtulisti.

¶ Laus sancte trinitatis ꝑpter seipsam.

Domine deus omnipotens eterne: ieffabilis sine fine ⁊ absq; initio: quez vnum in trinitate: ⁊ trinum in vnitate ꝯfitemur. Te laudo: te adoro: te gl̃ifico: o btã trinitas: propter hoc ꝙ in te ipso es: q2 tu es sũmum bonum de quo manant omnia bona: tu es fons ⁊ origo omnium bonorum: tu felix eternitas: tu abyssus totius felicitatis: tu solus de⁹ ⁊ dominus ⁊ nõ est preter te alius.

¶ De creatione celi ⁊ terre ⁊ omnium que in eis sunt.

Laudo ⁊ gl̃ifico te o btã trinitas: ꝙ celũ ⁊ terrã solem ⁊ lunaz ⁊ stellas: ⁊ omnia q̃ in eis sunt taz potẽter ex nihilo creasti: tam sapienter discernẽs ꝓprijs figuris ⁊ naturis taz benigne disponẽs ad vtilitatẽ ⁊ ꝯsolationẽ hominis anteq̃z creares eũ. Laudo ⁊ adoro ⁊ gl̃ifico te: ꝙ etiã sanctos angelos creasti ad laudãdũ ⁊ fruẽdum te eternaliter vt nobis in hoc exilio fideliter assistant consilijs ⁊ auxilijs oportunis.

¶ De creatione hominis ⁊ lapsu eius miserabili.

Laudo adoro ⁊ glorifico te ⁊ gratias ago tibi sancta trinitas vnus deus: quo ad declarãdũ bonitatis tue ineffabilẽ bonitatẽ: oia propter hominẽ creasti: hominem tñ ꝑpter te ꝓprijs manib⁹ tuis de limo terre plasmasti. ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ tuã illũ formasti: intellectu ⁊ libero arbitrio nobilitasti. Laudo ⁊ gl̃ifico te ꝑ maximo illo munere: quo illum i paradiso collocasti: delicijs affluẽtib⁹: vt haberet sũma ad fruendũ: inferiora ad regendum: ⁊ cũcta simul

possideret ad te ppetue col/
laudādū. Laudo ⁊ bonorifi
co te deus pijssime ꝓ tua ex/
cellētissima miseratiōe ex in
dicibili misericordia: qua ho
mini puaricāti ⁊ oībus bñfi
cijs tuis īgrato ab irrepara
bili dānatiōe pepcisti:ipsū ꝓ
culpis suis ad agēdū penitē
tiā extra paradisi amenita/
tē emittēdo. Qui licet eter/
na dānatione ꝓ sua trāsgres
sione dign⁹ extitisset:nec vl/
lam veniā consequi debuis/
set. Non es tñ vsus hac seue
ritate iusticie:sꝫ dulcedine ī
effabilis misericordie impo
nēdo illi onus digne penitē/
tie: ⁊ post lōga tpa oleū exhi
bēdo diu optate īdulgētie.

¶ De reparatione hoīs ⁊ ꝓmissione aduētus christi.

Laudo ⁊ glorifico te dñe deus omnipotens ⁊ cle
mens tibiqꝫ gratias ago:cu
ius natura bonitas: cui⁹ vo
luntas potentia:cuius opus
misericordia ē: ꝓ tua īmēsa
clemētia qua hominem dia
bolica malignitate deceptū
atqꝫ mortalis veneni conta/
gio ꝓstratū: non distulisti a
multiplicibus ⁊ peccatorūꝫ
sordibus ad viā penitētie ⁊
rectitudinis statū reuocare
dādo illi spē venie ⁊ consola
tionē recuperande salutis ꝑ
salutiferi aduētus tui ꝓmis/
sionē: ⁊ ne forte ꝑ ignorātiāꝫ
homo suam posset excusare
malitiā:consuluisti frequēti
am eius errori pādēdo legē
Inferēdo plagas: apta iudi
cia exercēdo in peccatores:
multiplicādo signa: ꝓmittē
do bona futura ita vt essent
inexcusabiles q se ad cultuꝫ
tuū ⁊ veritatis iudiciuꝫ non
cōuerterēt. Nā ⁊ quinqꝫ se/
culi etatibus ꝑ pāriarchas iu
dices:sacerdotes : reges : ⁊
ꝓphetas ab abel iusto vsqꝫ
ad Joānē baptistā ꝑcursorē
tuū non destitisti desidera/
bilem aduētū tuum miris si
gnis:ac multiplicibus ora/
culis ꝑnunciare : ꝓmittere:
ac ꝑfigurare: vt itelligētias
nostras tot testibus ꝑcurrē/
tibus:ac tua mysteria nun/
ciātibus ad fidē exigeres : ⁊
torpētes affectus nostros: ꝑ
viua tot patrum antiquorū
exempla inflammares.

¶ De redēptiōe hūani generis ꝑ vbi īcānati misteriū

Laudo ⁊ glorifico te dñe de⁹ creator ⁊ redēptor
generis humani:tibiqꝫ gra
tias ago ꝓ tua nimia chari/
tate : qua hoīeꝫ mirabiliter
creatū:mirabilius reforma/

re voluisti. Cū enim adhuc essemus inimici tui: ꝛ mors iniqua ī omne genus huma nū iniquū exerceret dñiuꝫ: recordatus es vberū misera tionū tuaruꝫ: ꝛ ꝓspexisti de sublimi habitatione glorie tue in hāc vallē plorationis ꝛ miserie. Vidisti siquidē afli ctionē populi tui magnā su per terrā graue onus filiorꝫ. Adā. Idcirco tactus dulcocore charitatis intrinsecus apposuisti cogitare sup nos cogitationes pacis ꝛ redem ptionis. Nā vbi venit pleni tudo tēporis: venisti nos vi sitare oriēs ex alto: ꝛ deside ria pphaꝝ p susceptē ī carna tiōis exhibitioneꝫ adimplesti ver⁹ de⁹ ꝛ homo apparēdo.

¶ De electione gloriosissime virginis Marie ī mr̄eꝫ dñi ꝛ mirabili conceptione xp̄i.

Laudo ꝛ glorifico te sal uator noster Jesu xp̄e ꝑ tua maxima humilitate q̄ paupculā virginē Mariā p oībus mulieribus dignat⁹ es in mr̄em eligere: vt in ea complerētur omnia q̄ p̄triar che ꝛ prophete predixerunt Quiqꝫ eā pauperi fabro vi. delicet Joseph iusto ꝛ sācto viro desponsari fecisti. Bñdico te ꝑ tua dignissima incarnationis tue ānunciatio ne ꝛ reuerētia angelica qua btissimā virginē Mariā an gelus Gabriel deuotissime salutauit ānunciās ei misteriū: ꝛ dei filiū ex ea incarnādū. Laudo ꝛ honorifico te ꝑ magnitudine fidei Marie vginis ꝑ firmo eius assensu ꝛ humillima eius respōsione: ac cunctis virtutibus illius quas tunc specialiter demō strauit: quando archangelo euāgelizāti ita obediēter re spondit. Ecce ācilla domini fiat mihi fm verbum tuum.

¶ De cooperatione oīum triū psonarū in diuinis quo ad misteriuꝫ incarnationis.

Gratias tibi ago domi ne deus pater eterne ꝑ pter nimiā charitatē q̄ dilexisti nos opus manuū tuaꝝ: intātū q̄ in te nobis subuenire voluisti: cogitās super nos cogitatiōes pacis: ꝛ vni co filio tuo non parcēs: ipuꝫ ꝑ seruo redimēdo in terris misisti. Gratias tibi ago fili dei viui: qui cuꝫ esses verus deus deo p̄ri scto͡qꝫ spiritui coeternus ꝛ consubstātialis obediēs p̄ri humanā naturā in te assumere dignat⁹ es. Gratias tibi ago domine sā cte spiritus: qui nostre redē

ptionis consiliuz fuisti: z eas dem cogitationes pacis ad- buc in corde patris clausas per Mariam virginem ad- implere disposuisti.

¶ De virtutibus beate ma rie virginis quibus meruit esse mater domini.

Laudo z glorifico te vir- go virginum Maria: que nec primam similem vi- sa es nec habere sequētem: que prima inter feminas ser uande virginitatis votum vouisti: z gloriosum munus deo obtulisti: cum hoc a nul lo homine nec verbo didi- cisses: nec exemplo ad imita tionem inuitata fuisses: ac quia virtute cum ceteris or nata deo placuisti: z viuen- di exemplum omnibus reli- quisti. Tu virga iesse flori- da z fructifera de qua vni- cus ille z singularis flos z fru ctus prodijt vnde virtutum spiritualiuz germen erupit: flos suauissimum emittens odorem. fructus sapidissi- mum emittens dulcorē flos cuius bonitas expellit me- sticiam: fructus cuius satie- tas plenam dat leticiam. be nedicta virga de radice ies- se. bñdictus z flos de radice ascendit. Benedicta arbor bñdictus z arboris fructus

¶ De natiuitate z pauper- tate iesu.

Gratias tibi ago domi ne iesu christe etni pa- tris sapientia pro tua īattin- gibilis altitudinis admiran da inclinatione. in nr̄e mor- talitatis vile ergastulum z pro tua purissima ex maria virgine conceptione. In cu ius vtero sanctissimo nouez mensibus clausus. z in hunc mundum de virginali thala mo mirabiliter procedens: atqz ab āgelis qui canebāt. gloria in excelsis: laudatus a pastoribus quesitus: z in- uentus pannis inuolutus z in presepio reclinatus: quia non erat tibi locus in diuer- sorio: nec cunabula que te- neritudinē tuam acciperēt.

¶ De diuersis icommodis indulgētūs infantilibus de qz vagitibus lactatiōe z nu tritione esurientis iesu.

Gratias tibi ago domi ne iesu christe: splēdor paterne glorie ppter inesfa bilem leticiam tue gloriose genitricis virginis marie: quā habuit ī natiuitate tua z quādo te in sinu suo nutri- uit: pannis inuoluit in prese pio reclinauit lactauit ciba-

uit balneauit ⁊ cunis ligauit: ⁊ in virginali gremio te ſuum dilectum faſciculū collocauit. Imprimens frequēter oſcula ſui delicati oris. ⁊ quando vidit te moleſtias paruuli vagientis ſuſtinentem: ⁊ laxatis faſciculis manus ⁊ ſancta brachia per cunarum paruitatem extendētem alludentem arridentez ſibi ⁊ blandiētes oculos ad ſe retorquentem.

¶ De doloroſa circūciſiōe inocētis ieſu: ⁊ de noua īpoſitione dulciſſimi noīs ieſu.

Gratias tibi ago domine ieſu chriſte: ꝙ octaua die legalibus parēdo mādatis circūciſus es ⁊ ſanguinem tuum innocentem pro nobis adhuc infans effudiſti: ac dulciſſimi nominis ieſu vocabulo inſigniri voluiſti: iuxta cuius īterpretationē ab angelo expoſitam nos populum tuum peculiarem a peccatis noſtris ſanare decreuiſti. ſalutēqꝫ noſtrā ꝫ deinceps opari non deſtitiſti.

¶ De apparitione ieſu ⁊ deuota ſanctoꝝ regūꝫ oblatione necnon purificatione btē Marie ⁊ pſentatione pueri ieſu in templo.

Gratias tibi ago domine ieſu chriſte: qui tam deſiderabiliter a magis queſitus es ⁊ ſtella duce tandem inuentus atqꝫ ab eis valde humiliter adorat⁹ ⁊ ſuis regalibus ac myſticis donis deuotiſſime veneratus. Quiqꝫ legalibus p omnia te ſubdens inſtitutis: inter nobiles amplex⁹ piiſſime matris tue cum hoſtiis pauperum templi dominus es preſentatus in templuꝫ. ac ſub fragili noſtre carnis ſubſtātia teipſum ſalutarem hoſtiam p nobis deo patri obtuliſti. ⁊ beato ſeni ſymeoni tue diuinitatis archanum p inhabitantē ſpiritum reuelaſti.

¶ De pſecutiōe ieſu ⁊ fuga eius in egyptū ⁊ de ſctis inocētibus ab herode occiſis.

Gratias ago tibi domine ieſu chriſte: ꝙ tu ſapientia patris ⁊ virtus altiſſimi omnes infirmitates debilitates ⁊ defenſiones noſtras in te taꝫ aſſumpſiſti: vt mortē ⁊ hominē mortalem fugeres de loco ad locum. Quia herodes doloſe te q̄ſiuit ⁊ ñ īuenit: vñ ⁊ pcepit occidi mltos pueros i bethleem a bimatu ⁊ infra: vt te poſſet iterficerē īter illos. Sꝫ tu ſpes pegrinoꝝ ingreſſus

es in egyptū: ꝛ ad itroitū tuum ceciderūt simulacra egypti. Ibiq̄ȝ septē ānis morat⁹ es in exilio ꝛ penuriā ac magnā paupertateȝ ptulisti. q2 tui te non receperunt: ſȝ mox ab ipso exordio te contēpserunt. Et post mortē herodis reuocatus es ab egypto ꝛ i nazareth pduct⁹ ibiq̄ȝ parētibus hūiliter subdit⁹ fuisti.

¶ De inuētiōe iesu i tēplo: ꝛ de sctā ꝛ occulta vita eius.

Gratias ago tibi domine iesu xpe: q duodecī ānos nondū ipleueras: ꝛ in tēplo sedisti in medio doctorū interrogās ꝛ audiēs illos plus vero docuisti qȝ prudēter iterrogasti. Et pconia ppria in Esaia legisti: ꝛ tu fili dei viui crescere cepisti: etate ꝛ sapiētia apud deū ꝛ homines: ꝛ trigītatribus ānis seruiēs fuisti: propter nostrā salutē: ꝛ conuersatus es inter homines: pie iuste ꝛ mansuete: ꝛ humiliter patiēter: vt dares nobis exēplū viuēdi. Rogo te piissime iesu super omnes virtutes in quibus viā tuā peregisti: vt facias me crescere ꝛ proficere in omni spirituali felicitate: ꝛ quotidianis incrementis omnium virtutum ad laudem ꝛ gloriam nominis tui. Qui cum deo pr̄e ꝛ spiritu scto viuis ꝛ reg. deus. Per.

¶ De baptismo iesu ꝛ eius ieiunio in deserto.

Gratias tibi ago domine iesu xpe qui i sācto baptismate tuo qd̄ accepisti in iordanis flumine cōsecrasti ꝛ sacrificasti fontē nostri baptismatis: ꝛ ibi sācto ioāni tuā gloriosam trinitatem ostendisti. ꝛ post baptismuȝ ductus in desertuȝ: ibiq̄ȝ in magna abstinētia ꝛ acerbitate fame ꝛ siti frigore ꝛ estu laborasti: vētis ꝛ hymbrib⁹ angustijs ꝛ ceteris infirmitatibus hominum subditus fuisti ꝛ multas noctes in orationibus ꝛ lachrimis pernoctasti: ꝛ qui cibus angelorū ꝛ hominum fuisti cum ieiunasses quadraginta diebus ꝛ quadragīta noctibus: postea esuristi ꝛ sitisti. tentationes illusoris spiritus equanimiter pertulisti. O bone iesu rogo te per omnes scās ꝛ deuotas orōnes quas effudisti in illis quadragīta diebus ꝛ noctibus: ꝛ quas vnq̄ȝ pro nobis effudisti in cōspectu dei patris: ꝛ per omnes sctās ꝛ perfectas cogitationes ꝛ verba ꝛ opera tua

sctā & perfecta fac me sanctū & perfectum in omnibus cogitationibus verbis & operibus meis. Ad laudem & gloriam nominis tui. Qui cum deo patre & spiritusancto vivis & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amē.

¶ De pdicatiōe & salutari doctrina domini iesu deqꝫ gloriosis eius signis exemplis & bōis morib⁹: varijsqꝫ tribulationib⁹ ī hoc mūdo.

Gratias tibi ago domine iesu christe propter hoc tempus quod a die sancti baptismi tui vsqꝫ in diez gloriose mortis pegisti. qz in tēpore congregasti conuētū discipulorum: & ex omnibus elegisti tibi duodeci apostolos vt subijceres tibi p eos superba & alta istius mundi. & in illis diebus finū tue clementie & misericordie expādisti omnibus reuertētibus ad te & remissionem peccatorum & introitum regni celorum palā omnibus predicasti: perambulās ciuitates & castella: & sepe fatigat⁹ ex itinere & frigore & a solis feruore. Et ī his omnibus ppessus es multas psecutiones & contumelias a populo quez elegisti in hereditatē: & a progenie natus fuisti: quia erāt tibi contradictores in verbis. obseruatores in factis. insidiātes tibi diebus ac noctibus: & quotidie sitientes mortez tuā: & resistētes tibi: & dehonestantes te verbis & operibus: & blasphemant te dicētes. Non ē hic homo a deo: peccator est: demoniuz habet: īsanit. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Seducit turbas vorax est: potator vini: amicus publicanorū. Hec & his similia dixerunt te blasphemantes & sepe laudibus impetentes: & hec omnia patiēter ptulisti: factus corā eis sicut homo nō audiēs: & nō habens in ore suo redargutiones. Et quia duri cordis erāt homīes: & tardi ad credēdum: sermonē tuum confirmasti sequentibus signis In nuptijs aquam in vinuz mutasti. de quinqꝫ panibus & duobus piscibus quique milia hominum satiasti: & supra mare ambulasti. Et in monte corāz discipulis tuis Petro Jacobo & Joanne te transfigurasti. Cecos illuminasti: surdos audire: mutos loqui: claudos ambulare fecisti. Lunaticos sanasti: pos

fessos a demone liberasti mor-
tuos resuscitasti: leprosos mū
dasti: paralyticos ⁊ aridos
curasti: mulierem in adulte
rio deprehensam a damna-
tione mortis liberasti: mari
am magdalenam a peccatis
suis mūdasti. mulierē a flu
xu sanguinis sanasti: mulie-
rem pro filia rogantē letifica
sti: mulierem decē ⁊ octo an
nis incuruatam erexisti. fati
gatus ex itinere lassus super
fontem sedisti: ⁊ mulieri te-
cū colloquenti cognitionē
tui ⁊ tuipsius dedisti. Cor mu
lieris in predicatione tua gra
tia itantū iebriasti vt in me-
dio populi clamaret ⁊ dice-
ret: beatus venter qui te porta
uit: ⁊ vbera que suxisti. Gra
tias tibi ago dñe iesu chri-
ste propter hec ⁊ propter omnia
signa ⁊ prodigia: ⁊ opera tue
pietatis ⁊ misericordie que
vnq̄ fecisti ⁊ propter illam sin
gularem pietatē ⁊ dilectio-
nem quam dilectrici tue ve
ronice ostendisti: ⁊ ei ima-
ginē tuā relinquere voluisti.

¶ De resuscitatione ⁊ hu-
mili ingressu in ciuitatē hie-
rusalem in die palmarum ⁊
de eiectione vendentium ⁊
ementium de templo. Istā
orationem quere infra folio. 87.

¶ De consilio iudeorū aduer-
sus xp̄m: ⁊ de eius venditio
ne deq̄ eius cena nouissima
ablutione pedū ⁊ sacramen
ti eucharistie institutione.

Laudo ⁊ glorifico te do-
mine iesu xp̄e: propter ma-
lignum consilium quod col-
legerunt pontifices ⁊ phari-
sei contra te sapientiā patris quō
te eternā libertatē oīum nr̄m
dolo tenerent ⁊ occiderent:
dicētes apud se non recte co
gitantes. Circūueniamus iu-
stum: quoniam contrarius est ope
ribus nostris. Morte turpis
sima condemnemus eum: ⁊
auferamus memoriam illius
de terra: ⁊ properabant ad de
uorandum te: appendentes
mercedem tuam triginta ar
genteis. Sed tu nobilis the
saurus bonorū omniū seque
ti die ad vesperā venisti cū
discipulis tuis in cenaculū:
vbi parauerunt tibi pascha
⁊ dixisti. Desiderio deside-
raui hoc pascha mādu care
vobiscum anteq̄ patiar. Et
postq̄ carnem agni pascha-
lis cum discipulis tuis man-
ducasti: Surrexisti a cena ⁊
posuisti vestimenta tua ⁊ hu
militer te iclinasti ad pedes
discipulorum tuorum: lauās
eis pedes ⁊ extergens lyn-

theo. Et postea resumens vestimenta tua iteruȝ recubuisti ꝛ dixisti. Scitis quid fecerim vobis Ego magister ꝛ dominus exempluȝ dedi vobis vt ꝛ vos ita faciatis. Et inter cetera verba que dixisti turbatus es spiritu ꝛ protestatus dixisti. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Et illi turbati ꝛ hesitantes quis eorum esset Ceperunt singuli excusare. Cenantibus autem illis accepisti panem ꝛ fregisti: ꝛ dedisti discipulis tuis dicens: Comedite ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter ꝛ calicem dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est calix noui testamēti. hoc facite in meam cōmemorationem: ꝛ inter hec discumbens erat in sinu tuo discipulus ille quem diligebas. Et hausit d̄ sinu tuo qd̄ hauseras de sinu patris tui.

¶ De sermone domini Iesu habito cum discipulis suis post cenam.

Gratias tibi ago domine iesu christe: propter amabilem ꝛ fidelem sermonem quem cuȝ discipulis tuis habuisti: cum eis hereditateȝ regni tui participasti: ꝛ eos tua paterna doctrina docuisti dicēs: Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos Et q diligit me sermonē meuȝ f̄uabit: ꝛ ego diligā eū: ꝛ manifestabo ei meipsuȝ. Et ego ꝛ p̄r meus veniemus ad eū ꝛ mansionē apud eum faciem⁹. Et iterū dixisti: Qui manet in me ꝛ ego in eo: hic fert fructum multuȝ: q: sine me nihil potestis facere. Et ostendēs eis fructū mandatoꝝ tuoꝝ iteꝝ dixisti. Iaȝ nō dicam vos seruos: sed amicos: q: oīa que cūqȝ audiui a patre meo nota feci vobis. Et vos iaȝ mūdi estis ꝑpter sermonē quē locut⁹ sum vobis: ꝛ docuisti eos orare dicens: Petite ꝛ accipietis vt gaudiū vestrū plenū sit. ꝛ qcquid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Et vidēs eos cōturbatos: benigne cōsolat⁹ est dicēs. Expedit vobis vt ego vadā. Nō turbet coꝛ vestrū neqȝ formidet. Iterū veniaȝ ad vos: ꝛ gaudebit coꝛ vr̄m ꝛ gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Uado parare vobis locū: ꝛ iterū veniam ꝛ assumaȝ vos ad meipsum vt vbi sum ego

⁊ vos sitis. Et pacē tuam il-
lis tribuisti ⁊ reliqsti. O bo-
ne iesu iclina te in aīam me-
am ⁊ sermocinare mecum ī
secreto aīe mee: q̄si amicus
ad amicū: vt ꝺ sermonibus
tuis concipiā verā mundici
am mētis ⁊ corporis. Amē.

¶ De orōne Jesu pro disci-
pulis ac de egressu ei⁹ ī mon
tē oliueti: deq̄ pauore ei⁹ ⁊
tristitia ⁊ trina oratione ad
patrem a sudore sanguīeo.

Gratias tibi ago domi
ne iesu christe: q̄ post
hec subleuatis oculis in ce-
lum dixisti: Pater venit ho-
ra clarifica filium tuuȝ: vt fi-
lius tuus clarificet te. Et sic
orās ad patrem comēdasti:
⁊ etiaȝ discipulos tuos ⁊ om
nes qui p eos crediturī erāt
Et dixisti: Pater sancte: ser-
ua eos ī nomīe tuo quos de
disti mihi: vt sint vnuȝ sicut
⁊ nos vnum sumus. Cuȝ es-
sem cum eis ego seruabam
eos ī noīe tuo: nunc autem
ad te venio: non rogo vt tol
las eos de mundo: sed vt ser
ues eos a malo. Et his com-
pletis egressus es Jesu bo-
ne: ⁊ ibas s̄m consuetudinē
in montē oliueti: ⁊ secuti sūt
te discipuli tui: ⁊ cepisti con-
tristari: tedere: ⁊ pauere ⁊
mestus esse. Et assumpto pe
tro ⁊ iacobo ⁊ Joanne: dixi-
sti eis. Tristis est aīa mea vſ
q̄ ad morteȝ. Sustinete hic
⁊ vigilate vt non ītretis ī tē
tationem. Spūs q̄deȝ prom
ptus est: caro autem īfirma.
Et progressus pusillum posi-
tis genibus ī terram: proci-
dens ī faciem orans dixisti.
Mi pater si possibile est trā
seat a me calix iste. Non ta-
men qꝺ humano affectu lo-
quor: sed magis q̄ tecuȝ dis-
posui ī diuinitate fiat. Et vſ-
q̄ tertio ibas repetens eun-
dem sermonem: cuȝ factus ī
agonia plixius orabas: ⁊ fa-
ctus est sudor tuus sicut gut
te sanguinis decurrentis in
terraȝ. Sed statim ab ange-
lo confortatus: q̄ vnicus fi-
lius a patre desolat⁹: ⁊ sic cō
fortatus voluntarie ibas ī lo
cum quem sciebas cognitū
esse traditorī tuo. Propter
hanc deuotam orationeȝ tu
am: ⁊ p trinā excitationē tu
am: qua pie hortasti discipu
los tuos vt vigilarent ⁊ ora-
rent: ⁊ per magnam angusti
am quam tunc habuisti: suc
curre mihi in agonia exitus
mei: ⁊ concede mihi bonū ⁊
pulcherrimum finē. Amen.

¶ De spontaneo transitu

Jesu ad passionem ipsiusq; traditióe; per iudá tradito rem: ꝛ de sanatióe serui cui abscidit petrus auriculam.

Laudo ꝛ glorifico te dñe Jesu xp̄e propter magná angustiá qua cor tuū in hac nocte pccupatu; erat: qñ iudas traditor tuus ad te venit: ꝛ q cū eo missi erát a principib⁹ ꝛ senioribus sacerdotū querentes te cū gladijs ꝛ fustib⁹ ꝛ laternis. Sz tu volūtarie ꝓcessisti eis obuiam dicés: Quē queritis? Respondētibus illis: Jesū nazareū. dixisti. Ego sū. Illi hoc audientes ꝛ splendore diuini luminis qui radiabat de oculis tuis ferre non valentes abierūt retrorsu; ꝛ ceciderūt in terram. Sed tu imensa pietas perstitisti: iterū eis dicens. Quē queritis? At illi: Jesum Nazarenū. Rñdisti mansuetissime: dixi vobis: qꝛ ego sum. Si ergo me queritis: finite hos abire. Tūc iudas vnus ex duodecim electis tuis cō festim accedés ait: Aue rabbi. Et osculatus est te. Et ipso osculo tradidit te in mortem. Repleuit ꝛ inebriauit te amaritudie: sed tu auctor pacis ꝛ amator nō dedignatus es os tuum in qd̄ dolus non venit: apponere ori pleno dolo ꝛ fallacia: patiēter ꝛ humiliter suscipiēs osculū pacis: qd̄ sciebas eum in corde nō habere. Et veteris amiticie āmonuisti eum dicens: Amice ad quid venisti? Et inter hec vn⁹ ex tuis percussit pōtificis seruū: et abscidit auricula; ei⁹ dextram. Cui dixisti: Mitte gladiū tuū in vaginā: ꝛ tangēs auriculá ei⁹ sanabas eū.

¶ De derelictione Jesu in mãu hostili: ꝛ fuga discipulo; ꝛ: deq; dira cōprehēsióe: alligatione ꝛ deductiōe ei⁹ ad Annā sacerdote; ꝛ Cayphā: ꝛ de percussione ꝛ con spuitione eius.

Gratias tibi ago domine Jesu xp̄e ꝓpter magna; pietatem tuā qua tuos abire fecisti: qꝛ tunc fugierunt omnes amici tui relin quentes te solum. Et iudas aduersarius tu⁹ sicut i silua dedit rugitū cōtra te dicēs Congregamini ꝛ properate ad deuorandū illum. Et illi statim violenter iniecerunt sceleratas manus suas: ligātes innoxias manus tibi: q venisti disrumpere iugum captiuitatis nostre. Sed tu

valde humiliter ad turbas dixisti. Quasi ad latronē et istis cū gladijs ꝛ fustib⁹ cōprehendere me. Illi vō valde indisciplinate te agnum mansuetissimum: ad instar latronis trahebant secum te captiuū ꝛ vinctum quasi sceleratū. Et sic primū pꝛesentabāt te ante Annā: vbi tu sapientissim⁹ interrogatus es de doctrina tua: ꝛ de discipulis tuis: q̄si esses insipientissim⁹. Respondisti: Ego palam locut⁹ sū. Inter roga eos q audierūt. Et tu domine vniuersoꝝ valde acriter percussus es ab vno astāte: qui dedit tibi alapaꝫ dicens: Sic respondes pontifici? et tu valde humiliter respondisti. Si male locut⁹ sum: perhibe testimoniū de malo: si autē bene q̄d me cedis? Tūc misit te Annas ligatū ad cayphā: ante quē stare faciebant te dn̄m celorū: cui milia miliū angeloꝝ semp assistūt in celo aspiciētes ꝛ laudantes te: ꝛ ibi q̄rebant ꝛ dicebant aduersū te multa falsa testimonia q es sūma veritas: ꝛ tu nihil dixisti. Sed oīa equanimiter ptulisti ꝛ in magna patiētia ꝛ charitate stetisti Deus ante hoīes: creatoꝛ ante creaturam. Et interrogatus ꝛ adiuratus humiliter cōfessus es te filiū dei esse. Illi vō dixerūt te blasphemiam dixisse: ꝛ reū esse moꝛtis: ꝛ palmis percutiebāt te in faciē tuā: ꝯministri alapis ꝛ colaphis collū tuum venerabile cedebant ꝛ tractabant te s̄m suā voluntatem: non solū contēnentes te dei filiū: sed etiam oīno in te obliti toti⁹ humane compassionis Et ceperūt conspuere in facieꝫ tuā amabilem: in quaꝫ desiderāt angeli pꝛospicere: ꝛ te speciosū foꝛma pꝛe filiis hoīum fedabant inquinationib⁹ sputoꝛū: ꝛ in derisionē velabant lucidissimos oculos tuos: q illuminant celū ꝛ terram: ꝛ percutiebāt te valde illusiue dicētes: pꝛophetiza nobis qs est q te percussit. ꝛ aliis multis te blasphemantes. Sed tu candoꝛ lucis eterne non auertisti faciem tuam ab increpantibus ꝛ conspuentibus in te. O vult⁹ amabilis nazareni floꝛis: q marie totiens delicati oris suscepisti oscula: plenus es meroꝛis: quos p sputa contrahis maculas hoꝛroꝛis: te velant: te lacerant manus inimicoꝝ.

Ad videndū dur⁹es oculis eoꝝ:qbus lumen veneras ꝑbere sanctoꝝ. O margarita ⁊ splendor angeloꝝ:in oībus his tribulationib⁹ ⁊ angustijs tuis pie respexisti petrū te negantem : qui reuersus in se fleuit amare. Tūc insurrexerūt in te viri iniq: absq; mīa q̄sierūt te interficere:⁊ non pepercerūt te in faciē tuam percutere: et ibi tota nocte iniurijs contumelijs ⁊ cōuicijs te vexabant. O bone Jesu per hanc magnā ɔtumeliā ⁊ per oēs occultas ⁊ mānifestas passiōes quas vnq̄ȝ pertulisti corde vel corpore:te deprecor supplicīter vt nō permittas me confundi vel perturbari de occultis ⁊ publicis peccatis meis: nec in presenti nec in futuro. Amen.

¶ De presentatiōe vincti. Jesu coram pilato:⁊ derisione eius ab herode ⁊ exercitu eius:deq; improbro clamore iudeoꝝ. Crucifige eū ⁊ de expoliatione ⁊ flagella tione eius.

Domie iesu xp̄e fili dei viui:laudo ⁊ glorifico te q̄ mane facto ɔuenerunt ꝑncipes ⁊ seniores sacerdotū:⁊ ɔsiliū fecerūt quō ignominiosa morte perderēt te: ⁊ ducentes te in cōsiliū suū interrogabant te dicentes: Si tu es xp̄s dic nobis palā Respondisti. Si vobis dixero non creditis. Si aūt iterrogauero non respondetis mihi neq; dimittetis. Ex h̄ aūt erit filius hoīs sedens a dextris dei. Clamauerunt oēs:tu ergo filius dei es Respondisti. Uos dicitis quia ego sū. At illi. Quid adhuc desideramus testimonia:ipsi enim audiuim⁹ ab ore ei⁹. Et exurgēs oīs multitudo eoꝝ vinctū te ducebant ⁊ ꝑsentabant ante iudiciū pilati ⁊ ibi accusabant te dicentes: Subuersorem ⁊ seductorem esse gentis sue:⁊ prohibentem te tributa dari cesari:⁊ dicere te christum regem esse:⁊ cōmouisse populum docens per vniuersam iudeā incipiens a galilea vsq; huc. His auditis pilatus misit te ad herodē:⁊ tu illuc valde humiliter ⁊ patienter cucurristi:quasi gigas viaȝ nr̄e salutis. Illi vō cū p̄sentarent ante herodē te regeȝ regum spernendum : illudenduȝ diuersis conuicijs: astabāt constanter accusantes te:creatura creatorem:

hoies deū:ipū iustū. Et ipse herodes interrogabat te in multis sermonibus sperans aliquod signuȝ a te fieri. Sȝ tu Jesu bone nullū respōsū dedisti: ⁊ nullū signū ondere voluisti nisi signū humilitatis ⁊ patientie tue. Jlli autem subsannabāt tue diuine ꝓuidentie putātes patiētiā ⁊ humilitatē tuā: fatuitateȝ ⁊ ignorantiā esse. Ideo spreuit te herodes cū omni exercitu suo ⁊ illudētes veste alba induerūt te ī signū fatuitatis ⁊ ignauie. Et sic inhoneste ⁊ irreuerenter remisit te herodes ad pilatū aliena veste indutū: ⁊ illusionibus fatigatum. Et ipso die causa tui amici facti sūt herodes ⁊ pilatus. O Jesu vnica spes mea a peruersis ad peruersos circūductus: ⁊ illusionibus ⁊ percussionibus in via fatigatus: adducūt te in ꝑtorium ad pilatū: ⁊ ipsi non introierunt. Jlle vō exiuit ad eos ⁊ dixit: Quā accusationē affertis aduersus hoīem hūc. Clamauerunt oēs. Si non esset hic malefactor: nō tradidissem⁹ eū tibi. Tūc pilatus iteꝝ pretorium ingressus aduocauit te ad se et dixit: Tu es rex iudeoꝝ. Rñ. disti. A temetipso hoc dicis an alij dixerunt tibi de me. Et respondit pilatus: Gens tua ⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti. Ergo rex es tu. Humiliter rñdisti. Tu dicis: q2 rex suȝ ego. Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mūdū vt testimoniū perhibeā veritati. Et oīs qui ex veritate est audit vocē meā. Et pilatus iterū exiuit ad iudeos ⁊ dixit: Ego nullā iuenio in eo causam. Corripiā eū ⁊ dimittā: est eni consuetudo vt vnuȝ dimittā vobis in pasca: vultis dimittā vobis regem iudeoꝝ an barrabā. Responderūt. Nō hūc sed barrabā. Tūc apprehendit te pilatus ⁊ fecit te exui: ⁊ nudū in conspectu irrisoꝝ iussit astare ⁊ sic acriter flagellari: vt ꝑ sacrū corpus tuū vndiqȝ effluer et nobilis sanguis: qui confect⁹ fuit ex flore humanitatis: ⁊ adipe diuinitatis. Tūc circūdederunt te viri mendaces: sine causa flagellis suis ceciderūt te ⁊ nō pepercerūt vultū tuū dulcissimū ꝯspuere: tenerrimū corpus tuū amarissimis verberibus diuellere: addentes plagas plagis: liuores liuorib⁹:

⁊ vulnera vulnerib⁹: vt nil maneret iuulneratū ⁊ illeſū a vertice capitis vſq ad plā tam pedis. Et hec oīa patiē ter pertuliſti ſuſcipiēs in te oēm iram pr̄is tui: quā nos meruim⁹ pro peccatis nr̄is.

O bone Jeſu per hanc ma/ gnā acerbitatem flagellor: qua dilacerata ſūt dulcia et tenera mēbra corporis tui: ⁊ per nimiū dolorē qui per/ trāſiuit oīa viſcera tua: qn̄ de colūna ablat⁹ es et veſti/ bus tuis reindutus: ⁊ p oēs terrores: liuores ⁊ maculas ⁊ cicatrices ⁊ vulnera que de amaritudine flagellorū ſuſcepit tuū delicatū ⁊ vir gineū corpus: quod tā ſepe aſtrictum fuerat caſtis am/ plexibus virginis Marie.

Obſecro te vt melliflua bea te paſſiōis tue memoria cor dis mei cogitationes indeſi nenter afficiaſ. Et tuo roſeo cruore penetralia mētiſ mee iugiter aſpergas ad laudem ⁊ gloriā noīs tui. Amē.

¶ De expoliatione: illuſio/ ne: coronatione: ⁊ percuſſio ne capitis ieſu.

Gratias tibi ago domi ne ieſu xp̄e: q hora diei tertia ītroductus es in pre/ toriū a militib⁹ q exuerūt te corā oī cohorte veſtimētis tuis ⁊ clamyde coccinea cir cūdederūt te regem glie: q ab eterno cirūdatus es glo ria ⁊ honore. Et plectentes coronā de ſpinis poſuerunt ſup caput tuū: ⁊ iprimētes eam capiti tuo vſq ad cere bū teneritudinē. Et tuū di/ uinū caput multiplici ſpina rū denſitate ita confixerunt vt ſanguis vndiq efflueret ſuper faciē tuā. Et arundi/ nem dabant tibi in dexterā tuā pro ſceptro regali: qui es rex regum ⁊ dn̄s dominā tiū. Et genuflexo ante te il ludebant dicentes: Aue rex iudeorū. Et dabant tibi ala pas: qui es dominus virtu tum: cui luna ſol ⁊ ſydera ⁊ oīs ordo celicus deſeruit. Et ſpuerūt in faciē tuā ama bilem: cuius pulchritudinē ſol ⁊ luna mirātur. Et accepe rūt arūdinē de dextera tua ⁊ percuſſerunt caput tuum.

O bone Jeſu per hanc coro nam ſpineā que multis pun cturis ſpecioſum verticem tuū diuulnerauit: ⁊ per mi/ ſerabilem faciē tuā quā tūc habuiſti turgidam ex pcuſ/ ſionibus ⁊ lachrymis: ⁊ liui/ dam plagis: ⁊ ſuffuſam ſan guine: ⁊ fedatam ſputis con

cede anime mee tam amabi
lem faciez:vt clari oculi tui
delectent eā videre.

¶ De iniusta cōdēnatione
Jesu ad mortem.

Gratias tibi ago dñe
Jesu christe ꝓpter sā
cta ꝛ deuota vestigia qbus
ibas de pretorio portās spi
neam coronā ꝛ purpureum
vestimentū:non clarens im
perio sed plenus opprobrio
ꝛ dixit pilatus:Ecce homo.
quasi diceret:Si legem in-
uidet iaz parcite:quia deie
ctū videtis: ꝛ illi intuentes
te terribilibꝰ oculis horri-
biliter clamabant dicentes
Crucifige crucifige eum.Et
dixit pilatꝰ:ego non inuenio
causam mortis in eo. Acci-
pite eum vos ꝛ crucifigite.
Clamauerunt omnes:Nos
legem habemꝰ ꝛ ſm legem
debet mori: qꝛ filiuz dei se fe
cit.Tūc pilatus introiuit in
pretoriuz, ꝛ aduocauit te ad
se ꝛ dixit:vnde es tu? et tu
sapiē a ex ore altissimi ꝓdi-
sti:nō n dedisti responsū:sed
tam mansuetꝰ fuisti in om-
nibus iniuriis tuis vt mira
retur ipse iudex iniqtatis:ꝛ
cū tibi diceret ptātem se ha
bere crucifigere ꝛ dimittere
te:humiliter respōdisti: nō
haberes ptātem in me nisi ð
sup tibi datū fuisset. Tūc ex
iuit pilatꝰ ꝛ sedit ꝓ tribuna
li: dixitq; iudeis. Ecce rex
vr̄. Illi aūt clamabāt dicen
tes:Tolle tolle crucifige eū.
Et dixit pilatꝰ. Regem vr̄m
crucifigā? Illi aūt negaue-
rūt ꝛ abdicauerūt te regem
suū esse dicētes. Nō habe-
mus regē nisi cesarem. Ego
aūt ꝓfiteor te hodie deum ꝛ
dñm meū esse. Et plane gau
deo ꝙ in te habemꝰ aduoca
tū ꝛ pōtificē scientē cōpati i
firmitatibꝰ nr̄is:ꝛ peto te vt
ꝓfitearis me hodie añ faciē
p̄ris tui ꝛ dicas aīe mee salꝰ
tua ego sū. O vnicū solatiū
meū. Iterū horribilter cla-
mabat pp̄ls sup te ad iudicē
dicens:Si hūc dimittis: nō
es amicus cesaris. Tūc pila
tus sciēs ꝙ p inuidiā tradi-
dissent te:sed tñ volēs pp̄lo
satisfacere:lauit manus co-
cōrā pp̄lo ꝛ dixit:Innocens
ego sū a sāguine iusti huiꝰ
vos videritis. et clamauit
oīs pp̄ls:ꝛ dixit Sāguis eiꝰ
sup nos ꝛ super filios nr̄os.
Tūc dimisit illis barrabā:
ꝛ te innocētē filium dei tra-
didit in mortē. O bone iesu
per hāc terribilē sniam dā-
natiōis tue ꝛ per magnaz pa

tientiā ꝛ humilitatē tuam ꝛ mansuetudinē quā ostendisti nobis in oībus tribulationibus ꝛ angustijs quas pertulisti īgrediēs ꝛ egrediēs: ꝛ de iudice ad iudicem veniens. Fac me humilē ꝛ pacificū in omnibus opibus meis. Amen.

¶ De baiulatione crucis ad locum caluarie ꝛ crucifixione iesu.

Gratias tibi ago domine Jesu xpe qui hora diei sexta exutus es purpura ꝛ vestibus tuis reindut⁹ a militibus qui eduxerūt te valde ignominiose ī medio duoꝝ latronū baiulātem tibi metipsi patibulū crucis: ꝛ currebant post te plāgentes ꝛ lamētātes: alij illudentes ꝛ irridētes: vt iam penitus sub onere crucis deficeres pre nimietate laboris: sꝫ apprehenderūt quēdam nomine symonē: queꝫ āgariauerūt vt portaret crucē post te: nō pcēdi mia: sꝫ timētes ne forte deficeres in via anteq̄ꝫ iplerēt oēm suam malignitatē: ꝛ in oib⁹ his tribulationib⁹ ꝛ āgustijs pie ꝯuertisti te ad mulieres: q̄ seque banť te plāgētes ꝛ lamētantes: ꝛ ꝯsolasti eas dicēs: filie hierl'm nolite flere sup me sed sup vos: quia si ī ligno vidi hec faciūt in arido qd fiet. Sed cum perduxerunt te iesu ad locū caluarie: tūc nudū liuidū ꝛ expoliatū exuerūt te dn̄m glie: quē circūdant flores rosarū ꝛ lilia cōuallium: ꝛ sine oī honore fecerūt te stare in cōspectu matris tue: ꝛ oīuꝫ amicoꝝ ꝛ inimicoꝝ tuoꝝ: q terrā tā iocū de diuersis florib⁹ resp̄gis ꝛ celū lucidis ornas syderibus. O dl'cedo aīa mea: tūc te regem glie pro despectissimo: īmo vilissimo vermiculo crucifixerūt: extendentes te sic nimie ꝛ tā crudeliter vt possent dinumerare oīa ossa tua: ꝛ transfigentes manus et pedes tuos: q̄ ex amara extensione manuū ꝛ pedū tuoꝝ renouata sūt oīa vulnera ꝛ oīs dolor corporis tui. O bone iesu rogo te per hec sacra vestigia q̄ nudus ibas vsq̄ ad sanctam crucē: ꝛ magnā igominiam quā pertulisti et per nimiaꝫ charitatē qua crucē ascēdisti: vt ipsa charitas tā integre et pfecte ꝯburat et ꝯsumat in aīa mea oīa vitia vt fiat purissimuꝫ speculū tue sancte trinitatis: Amen.

¶ De vulneratione ac extẽsione iesu in cruce: ⁊ de supplicatiõe p̱ inimicis suis.

Laudo ⁊ glorifico te dñe iesu xp̄e p̱pter transfixionẽ tue dextere man⁹ qua ɔtremuerunt oĩa interiora tua. Laudo ⁊ glorifico te domine iesu xp̄e p̱pter transfixionẽ tue sinistre man⁹ qua toti⁹ corporis tui clare vene pfuse mera deitate sũt dissrupte et exiccate. Laudo et glorifico te domine iesu xp̄e p̱pter trãsfixionẽ pedũ tuorũ: ⁊ per oẽm dolorẽ q̄ tunc pertrãsiuit oĩa viscera tua: quia acerbitas clauoꝝ pene trãsiuit secreta medullarũ ossiũ ⁊ neruoꝝ tuoꝝ: reserans nobis thesauros sanguinis tui p̄ciosissimi. Laudo ⁊ glorifico te dñe iesu xp̄e p̱pter nimiã extẽsionem tuã in cruce: vt nec manus neq̄ pedes nec vllũ mẽbrũ mouere posses. Et p̱pter magnũ dolorem qui pertrãsiuit oĩa interiora tua: qñ eleuat⁹ es cum cruce nudus ⁊ dilaceratus liuidus ⁊ ĩ ligno durissimo extensus: cõtract⁹ inclinat⁹ in meos amplexus. Et propter scãꝫ ⁊ deuotã oratiõẽ quã orabas p̱ inimicis tuis dicẽs: Pater ignosce illis: quia nesciũt quid faciunt. Moueant te pater ignominie mee sudores et labores mei: videant̃ e celo vulnera ista: quia p̱pter scelus ppl'i tui percussisti me. O bone iesu sic orans ad patrẽ exaudit⁹ es p̱ conuersione multorũ: ⁊ obscuratus est sol: ⁊ facte sũt tenebre sup̱ vniuersã terrã vsq̄ ad horã nonã.

¶ De opprobrijs iudeorũ: ⁊ ɔtumelijs exhibitis iesu ĩ cruce. Et de verbo ad latronẽ in cruce dicto.

Gratias tibi ago dñe iesu xp̄e q̄ tã turpit̃ pẽdebas ĩ cruce: ĩ medio duoꝝ latronũ saturat⁹ opprobrijs: ⁊ irrisiõib⁹ nudus: ⁊ diris verberibus lacerat⁹: ⁊ cũ iniquis deputat⁹: vt nos deputares in cõsortiũ angeloꝝ. Et passus es tuis virtutibus q̄ꝫ patientiam ⁊ perseuerãtiaꝫ tuam putabãt ĩpotentiã ⁊ insipientiã dicentes ad alterutrũ: Alios saluos fecit seipsum non potest saluũ facere. Et pretereũtes blasphemabãt te mouentes capita sua dicentes: Uah qui destruit tẽplũ dei ⁊ in triduo reedificat illud. O bone iesu tũc factus es ĩ derisuꝫ omni pplo: estimatus tanq̄ mortuus su

per terrã non est inẽtus qui te agnosceret ⁊ faceret bene Et lusit oĩs terra super te: ⁊ stabat ppl's expectans ⁊ seruabãt te: ⁊ erãt tibi ĩ tormẽtis illusores: ⁊ ĩ morte exprobratores sibi diuiserũt vestimẽta tua ⁊ super ea miserũt sortẽ. Et vnus de latronib⁹ blasphemabat te dicẽs: Si tu es xp̃s: salua temetipsũ ⁊ nos. Alius võ dixit Memento mei dñe dũ veneris in regnũ tuum. Et tu iustissime iudex q̃uis stares in cõspectu dei patris vt auerteres iram tuã a nobis: nõ es oblit⁹ iudicioꝝ tuoꝝ que a seculo sũt: sed tu iusto iudicio dãnasti superbũ peccatorẽ: ⁊ mie tue saluasti humilẽ penitentẽ. Laudo ⁊ glorifico te dñe deus ꝓpter illaꝫ charitatẽ ⁊ dilectioneꝫ qua dilectã aĩam tradidisti ĩ manus inimicoꝝ tuoꝝ dulcissimũ ⁊ tenerrimũ corpus tuũ percutiẽtib⁹ ⁊ dilacerãtib⁹ ⁊ ꝓpter oẽs contumelias et terrores quas passus es in cruce ꝓpter nobilẽ hereditatẽ ⁊ testamẽtum qd̃ disposuisti ĩ cruce añ mortẽ tuam crucifixoribus tuis vestimẽta distribuẽdo: pacẽ discipulis ⁊ persecutionẽ apl'is relinquendo: matreꝫ discipulo cõmendando. Corpus et sanguinẽ tuuꝫ sponse tue ecclesie ad clenodiũ prebẽdo. Latroni paradisuꝫ ꝓmittẽdo. Patri spm̃ cõmẽdando. Per hec oĩa ꝯcede mihi veram humilitatẽ: volũtariaꝫ paupertatẽ: hylarẽ obedientiam: perfectã patientiã: ardentẽ charitatẽ: vt in oĩbus dulcescat mihi laus ⁊ iubilatio tua ⁊ arescat mihi mũdus ⁊ oĩs concupiscẽtia ei⁹ ad laudem ⁊ gloriam nominis tui. Amen.

¶ De conpassiõe virginis ⁊ mr̃is marie ⁊ mutua ꝯmẽdatione eius ioanni ⁊ econtra.

Laudo ⁊ glorifico te dñe iesu xp̃e ꝓpter ineffabilem dolorẽ quẽ habuisti cuꝫ Mariam matrẽ tibi astãteꝫ tãtis doloribus ⁊ angustijs vidisti cruciari: ⁊ ꝓpter maternã cõpassionem quã ipsa super te habuit qñ aspiciebat te vnicũ filiũ suuꝫ in cruce sine culpa extensũ cruẽtatũ: ⁊ vulneratũ cũ millenis vulneribus: ⁊ carnẽ de carne sua sumptã: ab ip̃is discecari ⁊ lacerari: et propter ignominiosam ⁊ innocentẽ mortem quã pertulisti a po

pulo: de quoꝝ ꝓgenie nat⁹ fuisti. Gr̃as tibi ago dn̄e iesu xp̄e: q̄ torcular calcabas solus: q2 de gētib⁹ non erat vir tecū: et oēs amici ⁊ noti tui recesserūt a te. Ideo circūspexisti ad terrā: vbi stetit mr̄ tua: si forte saltē ipsa te adiuuaret: et nō erat tibi auxiliū ab ea: q2 fragilis et dolēs erat. O bone iesu per illā angustiā in qua tūc solus ꝑtitisti: ⁊ illū dolorē quē habuisti: cū amaritudinē passiōis tue in tā multis ꝑditaȝ cognouisti: et ꝑ illā comēdationē q̄ dilectā mr̄eȝ tuā cōmēdasti scō ioāni: et illū ei recōmēdasti. Rogo te vt in fine vite mee cōmēdes corpus et aīam meā tue gloriose genitrici vgini Marie: quia eā redemisti.

¶ De valido clamore ī cruce hely hely lamazabatani.

Gratias tibi ago dn̄e iesu xp̄e q̄ terribiliter in cruce clamabas voce magna dicēs: hely hely lama zabatani: hoc est de⁹ me⁹ deus me⁹ vt q̄d me dereliq̄sti. Ac si diceres: Memēto o pr̄ q̄re me dereliq̄ris ī his tātis āgustijs: ideo vt satisfacerē tibi ꝑ pctīs hoīuȝ: ⁊ auertere irā tuā ab eis: vt recōcilia ti ꝑ me iuenirēt gr̄aȝ corā te hodie. O pr̄ ⁊ dn̄s meus ꝑfeci illud amara passiōe ⁊ cru deli morte satisfeci tue pr̄ne charitati ardenti desiderio fraterne charitatis: ⁊ quoꝝ creator ab initio fui illoꝛuȝ redēptor ⁊ saluator fact⁹ sū. Et regnū celoꝛū q̄d ab eterno tecū possedi hereditario iure filij fact⁹ hō in tpe iteꝝ mercatus sū illud ꝓcioso sāguine meo: vt hō cuius frat effectus sū illud mecū possideat in eternū hereditario iure fraternitatis. O bone iesu sic orās ad pr̄em cū clamore valido ⁊ lacbrymis ex audit⁹ es ꝓ tua reuerētia: q2 ī altū ascēdisti vt lógi⁹ audireris: fortit clamasti vt null⁹ excusaretur. clamori lachrymas addidisti vt hō tibi cōpateref: ꝓpter hāc deuotaȝ orōnē tuā ⁊ ꝑ amarissimas lachrymas: quas fleuisti in cruce ex nimij doloris acerbitate et ardenti desiderio charitatis: rogo te vt nūq̄ȝ moriar donec vis tui amoris ⁊ passiōis perscrutetur omnia viscera mea. Amen.

¶ De tribus horis quib⁹ pendebat iesus viuēs in cruce: et de multiplicibus opprobrijs et contumelijs ibi-

dem passis.

Domine iesu xpe q es purissimũ speculũ scẽ trinitatis quẽ ĩtueor oculis mẽtis mee: ⁊ ex ĩtimis visceribꝰ laudo ⁊ glĩfico te ꝑpter q̃litatẽ quã habuisti qñ viués ĩ corpe tres horas ĩ cruce ꝑmãsisti: vbi tuã diuinaȝ libertateȝ detineri voluisti piã lõganimitateȝ crudelit̃ extẽdi: diuinã benignitateȝ ꝯcuti: ⁊ ex nimio dolore te factorẽ celi et terre in tãtis ãgustijs et tribulatiõibꝰ positũ: vt irrõnabilis creatura tibi ꝯpateret̃ miam diuinaȝ tractari sine oĩ mĩa: clementiã diuinã orare et inuocare p̃rem ꝑ inimicis: gaudiũ diuinũ et leticiã sempiternaȝ angeloꝝ et hoĩum mirabilr̃ cõteri: et sup cõtritionẽ tuã inimicos gaudere: te dñm virtutũ derideri: ⁊ ꝺ̃spectũ hẽri ab iniqs: blasphemari ab ĩpĩs: opprobria pati hominẽ diuinũ ⁊ dñicã dignitatẽ fieri opprobriũ hoĩum et abiectioneȝ plebis. Speciosũ forma pre filijs hoĩum esse sine specie et decore: de cuiꝰ amabili aspectu letificat̃ oĩs celestis p̃ria: fciñ esse spectaculũ horroris et cõtumelie oĩ pplo et terribil̃ ad vidẽduȝ oĩbꝰ et inimicis vt me amabilẽ faceres ĩ cõspectu tuo. Potẽtiã diuinã sub iacere magnis doloribus et cruciatibꝰ penaꝝ: v̄tutẽ diuinã iãq̃ȝ deficere in tormẽtis In cuiꝰ manu glĩe et diuitie tã pauperẽ fieri ⁊ nudus ⁊ liuidus et pallidus et deformis in cruce pẽderes et nõ haberes vbi caput tuũ reclinares fidẽ et charitatẽ diuinã q̃ nunq̃ȝ deseris sperãtes in terrõ relictã esse ab vniuersis et solus p̃stitisti ĩ afflictu pugne in quo tã miserabilr̃ occubuisti: vt in temetipso experimẽto didiceris q̃lter nobis deberes ꝯpati. O bone iesu ꝑ hec oĩa rogo te vt nõ ꝑmittas separi aĩaȝ meã de corpe donec ꝑducas me in illã horã in qua tua diuina potẽtia: sapiẽtia et bonitate ꝑficias in me qꝺ exercitatio centum annoꝝ nõ posset in me ꝑficere. Amen.

¶ De siti Jesu in cruce et amaro eiꝰ poculo: deq̃ȝ v̄bo ꝯsũmationis et expiratione iesu spũsq̃ȝ in manus patris commendatione.

Laudo ⁊ glĩfico te dñe iesu xpe ꝑpt̃ sitiȝ quã pertulisti ex nimia effusiõe sanguinis et ardenti desi-

derio nostre salutis: cum ad
hesit ligua tua faucib⁹ tuis
vñ ⁊ dixisti: Sitio. Et tu fōs
aque viue felle ⁊ aceto pota
tus: iterū dixisti: ɔsūmatū
est: quasi diceres: oīa que d
me dicta sūt cōsūmata sunt
in me: q̄r totū me dedi pro
pter hoīem totū: ⁊ me toto
emi illū totū. Et iterū voce
magna clamans dixisti: Pr̄
in manus tuas ɔmēdo spiri
tū meū. ⁊ sic inclinato capi
te spm̄ emisisti. Gratias tibi
ago q̄ tā pauper ⁊ inops fie
ri voluisti: q̄ nudus pende
bas in cruce: ⁊ nō habuisti
vbi caput tuum reclinares.
Sed ad vltimū super hume
rū tuū inclinasti ꝑpter mul
tas causas: ⁊ principalit̄ ꝑ
pter q̄tuor. Primo vt oscu
lū dares sponse tue ecclesie:
vt ostenderes illi oēm irām
patris tui esse mitigatā ⁊ ꝑ
te placatā. Scd̄o vt peteres
in corde eius reclinatoriū:
ostenderesq̄ te non habere
vbi caput tuum reclinares.
Tertio inclinasti caput tuū
porrigēs ad te humerū tuū:
quasi diceres: quid vltra d
bui facere tibi ⁊ non feci in
dica mihi: q̄r adhuc parat⁹
sum subuenire tibi. Quar
to q̄si diceres: fiduciā habe
in me: quia quod tu non po
tes: ego possum.

¶ De miraculis q̄ contige
rūt in passione dn̄i: ⁊ de di
ra pforatiōe lateris iesu.

Gratias tibi ago domi
ne iesu xp̄e q̄ te tam
amare passiōi ⁊ crudeli mor
tis imperio subijcere volui
sti: q̄ t̄ra tremuit: petre sciſ
se sunt ⁊ monumēta aperta
sūt ⁊ multa corpa sanctorū
qui dormierāt surrexerunt:
⁊ velū tēpli scissum est a sū
mo vsq̄ deorsum: ⁊ vnus d
militibus lancea latus tuū
aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit sā
guis ⁊ aqua. Et factū est cor
tuum tanq̄ cera liquefcēs:
in aquam quo me lauares
⁊ in sanguine quo me pin
geres: meq̄ in sponsā ornā
res: ideo rogo te per trāsfixi
onē tui dextri lateris: ⁊ pil
lam charitatē que aperuit
cor tuū in quo sunt oēs the
sauri sapiētie ⁊ scientie ab
sconditi: ⁊ p effusionē rosei
sanguinis ⁊ sanctissime aq̄:
quā feruor amoris eduxit d
latere tuo: vt penetres ꝑfū
ditatē cordis mei lancea tui
amoris: vt recenti vulnere
tue charitatis sim tam incu
rabilis vulnerat⁹ quatenus
obliuiscar oīū temporaliū

rerum: vt amplectar te vnicũ solũ bonũ meũ. Amé.

¶ De eo q corpus iesu iaz mortuũ tribus horis pependit in cruce.

Gratias tibi ago domine iesu xpe q post mortem tuã tres horas in cruce pendebas nudus & liuidus: pallidus & deformis: vt oés inimici tui plenũ gaudium haberent: cũ se viderent in te cõpleuisse oém suaz voluntatem. Laudo & glorifico te dñe deus pater eterne propter nimiã charitatem qua vnicũ filiũ tuũ tradidisti in morté vt redimeres seruũ: & te deprecor pater vt respicias pyssimũ filiũ tuũ qui patit: & memorare benign⁹ p quo patit. Specto gloriose genitor lacerata membra filij tui. Uide redéptoris supplicũ: & noli reminiscere redépti delictũ: pauper & infirmus fact⁹ est vermis et non hõ: vt misericors fieret sup ĩfirmi plasmatis debilitaté. Aspice pie pater speciosum forma pre filijs hoim in cruce toto corpore extensũ: & sine culpa vulneratũ inorias manus eius preciosissimum sanguinem ppinantes: beatos pedes eius precioso sanguine stillantes: inermelat⁹ vnici filij tui crudeli perfossum lancea. Candet nudatũ pectus ei⁹: rubet cruentatũ lat⁹ eius: tensa arét viscera: decora languent lumina: regia pallent ora: pcera rigét brachia: pendét crura marmorea: rigat terebratos pedes sanguinis vnda. Grãs tibi ago domine iesu xpe q ãmirabili bonitate tua obediés fuisti deo patri vsq ad mortem: crucis opprobriũz subire voluisti. Moneo te oís humani laboris & diuini amoris: vt super me & super oés amicos meos viuos & defũctos: & sup oés hoies quos preciosi sanguinis tui caractere signasti: vt misereris oĩbus nobis sm magnam misericordiam tuam. Gratias tibi ago dñe sãcte spũs: q nostre redéptionis consiliũ fuisti. Ipse es ignis charitatis: q sic ardẽter fecit iesũ xpm filiũ dei: quãdo pédebat in cruce vt nec gutta sanguinis remaneret in illo: ideo rogo te vt secreto consilio & crebro susurrario tuo sic contrahas ad te oés nostros sensus vt nihil in nobis moueatur contra voluntatem tuam.

¶ De depositione iesu de cruce ꝛ veneranda sepultura eius ꝛ de descẽsu anime iesu ad inferna ꝛ patruꝫ inde liberatione.

Gratias tibi ago dñe iesu xp̄e: q̄ es de cruce fideli a discipulo tuo ꝛ a maria matre tua mestissima cũ nimio dolore ꝛ amarissimis lachrymis suscept⁹. Deĩde sacratissimũ corpus tuũ lotũ ꝛ sindone munda inuolutuꝫ ꝛ circa occasũ solis fuit sepultum. Suscepisti funeris exequias quas nõ dubiũ est milia mulium angeloꝝ celebrasse qui omnes cõuenerant ad sepulturam dñi sui: ideo rogo te per beatissima exequiaruꝫ tuaꝝ lamẽta: ꝛ per ineffabilẽ dolorem matris tue quaꝫ habuit q̃n te imortalem deum in sinu suo tenebat ꝛ videbat tam miserabilis tractatũ: cruentatum ꝛ vulneratuꝫ ꝛ mortuum tam turpissima morte: ꝛ totam terram suo sanguine cruẽtatã. Et per ꝓfũdam humilitatẽ qua tu nobilis thesaurus requiescere voluisti in corde terre: vt abscondas me in abscõdita dulcedine tue cõtẽplationis: ꝛ serues me in tẽpso vt corpus meũ sepeliat in pace: ꝛ nomen meum viuat in gloria. O triũphator nobilis: tunc sancta ꝛ felix aĩa tua ad iferni claustra descendit: ꝛ tu rex eterne gl'ie virtute tue diuine ptãtis portas ereas ꝛ vectes ferreos confregisti ꝛ diabolũ ꝛ ministros eius alligasti et electos tuos qui ibi captiui tenebãtur ad gaudia paradisi pduxisti: ideo rogo te per illam ineffabilẽ leticiaꝫ quã acceperũt aĩe electoꝝ tuoꝝ vt miserearis aĩabus patrũ nr̃oꝝ: fratrũ ꝛ sororꝫ oĩumq; parẽtũ nr̃oꝝ ꝛ oĩuꝫ fideliũ defũctoꝝ q̃ ex hac vita trãsierũt: ꝛ q nobis ĩ orõne cõmẽdati sunt: ꝛ quoruꝫ vtimur vl' vsi sum⁹ elemosynis donis aut bñficijs: et q singularẽ ĩtercessoreꝫ apud te nõ hñt: ꝛ pro oĩb⁹ tuã clemẽtiã depcare desideram⁹: ꝛ oĩum xp̄i fideliũ vbicũq; requiescentiũ. Amẽ.

¶ De resuscitatione Lazari ꝛ humili igressu in ciuitatem hierusalẽ in die palmarum: ꝛ eiectiõe vẽdẽtium ꝛ ementiũ de templo.

Gratias tibi ago domine iesu xp̄e ꝓpter illas sanctissimas lachrymas q̃s

fleuisti ad monumentũ3 La zari: ⁊ sup ciuitatẽ hierusalẽ: ⁊ p oẽs lachrymas q̃s vn q̃ lachrymatus es: ⁊ ꝓpter humilẽ ⁊ mansuetũ ĩtroitũ ĩ ciuitatem hierusalẽ: qñ sedens sup asinam ante qnq3 dies pasce vẽisti instar agni paschalis serto die ĩmolandus pro nr̃is peccatis: qñ plebs hebrea obuia venit tibi cũ flonb⁹ ⁊ palmis clamãtes ⁊ dicentes: Benedictus q venit ĩ noĩe dñi. S3 cũ introisses in tẽplũ ⁊ vidisses ibi tumultus ⁊ negociatores emẽtiũ ⁊ vẽdẽtiũ: facto flagello de funiculis eiecisti oẽs foras ⁊ dixisti: Nolite domũ p̃ris mei facere domũ negociationis. Et ibi curabas mł'tos ĩfirmos qui offerebanť tibi. Et in die magno festiuitatis stabas in tẽplo ⁊ clamabas voce magna dicens: Si qs sitit veniat ad me ⁊ bibat: et de ventre eius fluent aque viue. Et cũ hec oĩa ageres et diceres non crediderũt tibi sed resistentes in oib⁹. Tu vero piissime iesu: sub cuius potestate cuncta sunt posita: ⁊ sub cuius ira ↄtremiscit oĩs creatura. Nõ resistebas eis cum ptãte: sed cũ tanta hũilitate subdidisti te humane fragilitati. vt nõ auderes ãbulare in apto p̃ timore inimicoꝝ tuoꝝ. O bone iesu: sic doce me voluntatẽ meã subdere tue diuine volũtati: vt nihil sit inter me ⁊ te: nisi vna volũtas

¶ De gl'iosa resurrectiõe dñi iesu ⁊ ei⁹ mł'tiformi apparitiõe ⁊ familiari ↄuictu ⁊ loq̃la cũ discipulis.

GRatias tibi ago dñe iesu xp̃e: q tertia die resurrexisti a mortuis: ⁊ resurrectiõe tua gl'ificasti corpus hũilitatis nr̃e. Et ipso die apparuisti Marie magdalene: ⁊ mulieribus a monumẽto reuertẽtib⁹ occurristi dicẽs: Auete. Et ille accesserũt ⁊ tenuerunt pedes tuos. Et duobus discipulis etiã euntib⁹ in emaus ipso die appruisti: ⁊ cognitus es eis in fractione panis: ⁊ iterũ ianuis clausis ĩtroisti ad discipulos et dixisti: pax vobis: ego sũ nolite timere: ⁊ coram illis manducasti partẽ piscis assi ⁊ fauum mellis. Et ad mare tyberiadis manifestabas te discipulis tuis: et accepto pane dedisti eis et piscem similiter. Et valde amicabił'r locut⁹ es cũ

illis: maxime cum petro q te negauerat. Et post dies octo iterum discipulis tuis apparuisti: et pacem tuam illis tribuisti: et thomam incredulum ostensione vulnerum confortasti. Per hanc gloriosam resurrectionem et per illud gaudium omnium tecum resurgentium fac me et omnes amicos meos resurgere cum magna gloria et bonore. Amen.

¶ De admirabili ascensione domini.

Laudo et glorifico te domine deus meus propter hoc tempus quod a die gloriose resurrectionis tue vsque in diem admirabilis ascensionis peregisti: quia in hoc tempore sepe appuisti discipulis et alijs fidelibus amicis tuis consolans amicabiliter eorum tristia corda: et confirmans eos in fide spe et charitate tua. Et postremo ascendisti in montem et eleuatis manibus dedisti eis tuam diuinam benedictionem: et in conspectu omnium assistentium eleuatus es in celum repletas victricis carnis gloriam vultui patris et sedes ad dexteram eius coops et coeternus diuino accinctus lumine et coronatus gloria et honore habensque nos scriptos in manibus tuis nunquam obliuiscaris nostri in perpetuum. Amen.

¶ De misione sancti spiritus in die sancto penthecostes.

Gratias tibi ago domine Jesu christe qui post dies decem misisti credentibus spiritum sanctum promissum vt illuminaret et confortaret corda nostra: et incitaret ad charitatem tuam: et promisisti nobis dicens: ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: et dedisti nobis corpus et sanguinem tuum in pignus salutis eterne. Ideo rogo te vt vbicunque hoc mysterium celebratur in vniuersa terra participem me facias: et omnes amicos confessores et benefactores meos viuos et defunctos. Amen.

¶ De secundo aduentu domini Jesu ad iudicium: et de condigna remuneratione et glorificatione iustorum: et de punitione impiorum.

Laudo et glorifico te domine deus meus propter nimiam charitatem que te de celo traxit omnia promissa facturum et passurum ab hominibus iudicaturum. Et quia in magna humilitate iudicatus es. Ideo cum magna po-

testāte iudicatur⁹ veniēs secului per ignē: Tūc nō pmittē nos cū maledictis condēnari: sȝ cū bñdictis: q tūc fulgebūt sicut sol in regno pr̄is tui: possidere gaudia eterne beatitudinis. Amen.

¶ Laudo ꝛ glorifico te domine deus me⁹ ꝓ omni gloria ꝛ honore ꝓ gaudio ꝛ iocunditate quam habes in te ipso: ꝛ quā pura humanitas ꝛ sancta diuinitas inuicē accipiunt. Et quā beāta virgo Maria gloriosa regina celorū ꝛ nobilis maris stella hodie habet ante ꝯspectū tuū: ꝛ cū ipsa oīs celestis exercit⁹ in perpetuū debet habere.

¶ Laudo ꝛ glīfico te ꝓ omnib⁹ delicijs quib⁹ satias ꝛ iebrias oēs te ituētes quos de miseria hui⁹ vite ad etnā regē transferre dignat⁹ es.

¶ Laudo ꝛ glīfico te ꝑpter multitudinē dulcedinis tue quā mirabiliter īspiras cordibus amatoꝝ tuoꝝ: ꝛ ꝓ cōuersiōe oiuȝ quos sine pctō de hoc mūdo exire fecisti.

¶ Laudo ꝛ glīfico te ꝓ omni misericordia quā peccatoribus vnqȝ exhibuisti: patiēter eos expectando misericorditer reuocādo: benigne suscipiēdo abūdanter grām dando: ꝛ ad tantā familiaritatē quasi non peccauerint admittendo: ꝛ ꝓ his q̄ sunt ī purgatorio q̄ pmittis eos ibi pati qd̄ hic psoluere nō valebant. Sicqȝ ꝑparari ad regeȝ de qua eos securos fecisti: ꝛ ꝑ omnibus creaturis quas propter nos creasti: ꝛ vniuersis vtilitatibus quas de terra sumimus: vt eis debite vtētes ad remedia infirmitatū nostrarū ad laudandū te eternaliter puenire valeamus. Qui viuis ꝛ regnas deus p oīa sclā secu. Amen.

¶ Gratiarum actiones de singulis beneficijs particularibus alicui homini singulari a deo impensis.

Laudo ꝛ glīfico te dñe deus me⁹ q̄ ab eterno me in corde tue trinitatis ꝑdestinasti: ꝛ rationabilē hominem me creasti: ꝛ de xp̄ianis parētib⁹ me nasci voluisti: ꝛ largit⁹ es mihi quinqȝ sēsus meos: ꝛ oīa necessaria mēbra corporis mei ꝛ ad baptismi grāȝ me perduxisti ꝛ ab infantia mea subtraxisti me de seculo ī spiritalē vitā: ꝛ in ipsa vita defendisti me a multis piculis anime ꝛ corporis. Et clemēter sustinuisti ꝛ sustētasti me ī prauitate

⁊ tepiditate vite mee: ⁊ largi
tus es mihi valde grataanter
victū ⁊ vestitū: ⁊ oīa necessa
ria mea oib⁹ dieb⁹ vite mee.
¶ Laudo ⁊ glorifico te ꝙ an-
gelum quem in custodiam
meā deputasti tam amabilē
⁊ gloriosum fecisti: vt vultū
tue clare maiestatis iugiter
intueatur: cū tamē die ac no
cte super aīaz meā ⁊ corpus
meū sollicitare non cesset.
¶ Laudo ⁊ glorifico te ꝓ oib⁹
visitationibus ⁊ monitis q̄s
corde meo qualicūqꝫ modo
vnq̄ exhibuisti: ⁊ pro oī grā
tua: ⁊ ꝓ oib⁹ bñficijs tuis q̄
mihi ⁊ oibus amicis meis ⁊
vllo hoī vnq̄ fecisti in corpo
re ⁊ anima. Per hec oīa ro-
go te vt accendas cor ⁊ aīaz
meaz ardore tue charitatis:
vt tu solus ī me viuas: neqꝫ
tibi soli viuere facias. Qui
vi. ⁊ reg. de⁹ per omnia secu.
¶ Hoc finito dicatur Te
deum laudamus per totum.
postea collecta.

Deus qui contritorum
non despicis gemitū ⁊
merētium non spernis affe-
ctū. Intercedētibus omni-
bus sāctis opibus tuis ade-
sto, ꝓcibus nostris quas tibi
ꝓ tribulatione nostra effūdi
mus: easqꝫ clemēter suscipi-
ens: tribuas: vt q̄cqd cōtra
nos dyabolice vel humane
moliuntur aduersitates ad
nihilū redigat: ⁊ cōsilio tue
pietatis allidat: ⁊ nullis ad-
uersitatibus lesi: sꝫ de omni
tribulatione ⁊ angustia ere-
pti: leti in ecclesia tua scā ti-
bi grās referamus. Per do-
minū nostrū iesum xp̄m filiū
tuū: qui tecū viuit ⁊ reg.
¶ Explicit totus ꝓcessus d̄
vita passione: resurrectiōe:
⁊ ascēsione domini nostri ie-
su xp̄i: necnon spiritussancti
missione: oībusqꝫ alijs bene
ficijs homini a deo collatis.
¶ Recōmēdatio iam dicti
ꝓcessus ī qua ponūt vtilita-
tes q̄s qlibet ꝯseq̄t ex de-
uota meditatione vite ⁊ pas
siōis domini nostri iesu xp̄i.

Si desideras ꝑ-
fecte mundari a
vicijs: si nobili-
ter ditari in vir
tutib⁹. Si altis-
sime illustrari in scripturis.
Si gloriose triūphari de ini
micis. Si copiose consolari
in aduersis. Si deuote con-
uersari in terris. Si frequen
ter cōpungi ī cubilibus. Si
dulciter flere in orationib⁹.
Si feruēter accēdi in medi-
tationib⁹. Si pseuerare ī bo-

nis actibus. Si repleri spiritalib⁹ gaudijs. Si rapi in excessu mētis. Si diuinis frui secretis. Si feliciter mori in extremis. Si perenniter regnare in celis. Exerce te in vita ⁊ passiōe domini nostri Jesu xp̄i filij dei: quē pater misit in mūdū: vt omnibus p̄beret perfectionis exēplū: ⁊ sequaces suos ad eternum perduceret regnū. Ama igitur xp̄m: sequere Jesū. Amplectere crucifixuꝫ. Memor sis quādiu fueris laborum ⁊ doloꝝ: quos ptulit in p̄dicādo: fatigationū in discurrendo: tētationū in ieiunando: vigiliaꝝ in orādo: lachrymarū in cōpatiēdo. Recordare etiā doloꝝ eius: conuicioꝝ: sputoꝝ: colaphoꝝ: subsānationū: exprobrationū: clauorū horūqꝫ similiū. Hec meditari dic sapientiaꝫ. In his iustitie tibi perfectionē constitue: plenitudinē sciētie: diuitias salutis: copias meritoꝝ: hec te erigunt in aduersis: in prosperis remittunt: ⁊ inter leta tristiaqꝫ vite p̄sentis: p̄sente via regia icedēti tutum p̄bent vtrobiqꝫ ducatum. Hinc inde mala iminētia ppulsando. ppterea hec tibi in ore freq̄nter: in corde semp. Hec tua sublimior ph̄ia scire iesuꝫ ⁊ hunc crucifixū.

¶ Incipiunt gratiaꝝ actiones domino deo omnipotēti sup ope creationis mūdi: per singulos dies hebdomade dicēde: correspondentes reꝝ creationibus in eisdem diebus a dn̄o deo peractis. Et primo dic dominica die.

Gratias tibi agim⁹ omnipotens deus: qui hodie fecisti celi pulchritudinē ⁊ terre latitudinē: ⁊ tenebrarum densitatē. Nobilemqꝫ illam creaturam spirituum angeloruꝫ. O misericors deus: da nobis in hac die celica contemplari: ⁊ non de terrenis meditari: da nobis lucis tue claritateꝫ: ⁊ exclusis tenebras angeloꝝ puritatē.

¶ Feria secunda.

Gratias tibi agimus oīpotēs de⁹: q hodie fecisti pulchraꝫ sperā firmamenti: qđ celum docari voluisti. O clemētissime deus da nobis toto corde eleuari i celū ⁊ te dulcē dn̄m ꝯtēplari: quibus es angeloruꝫ atqꝫ omnium sanctoꝝ ipsos pascens noticia tue deitatis ⁊ glīa.

¶ Feria tertia.

Gratias agim⁹ tibi oīpotēs deus: q hodie fe

cisti maria ꝛ gramina ꝛ herbas q̄scūq; virētes: ꝛ in sua spē florētes ac germinātes. O mitissime deus: da nobis aquas spirit⁹ tue gratie ꝛ cōpunctionis lachrymas: aq̄sq; penitētie salutaris: da virtutum viroꝛē: tuūq; dulcem amoꝛē: vt tibi semꝑ placeamus ꝛ a te nunq̄ discedam⁹

¶ Feria quarta.

Gratias tibi agimus oīpotēs deus: qui hodie solem: lunā ꝛ stellas fecisti: ꝛ eis mundū illuminasti. O piissime deus: da coꝛda nostra intus irradiari celestiū memoꝛia ne ab eterno bono deuiemus sed te sequēdo lucem perpetuā inueniamus.

¶ Feria quinta.

Gratias tibi agim⁹ oīpotēs de⁹: q2 hodie in aq̄s pisces: ꝛ ī aere volatilia creasti. O bone deus da nobis ī hac moꝛtali vita sic natare in aq̄s mūdi: vt a pctis sim⁹ liberi ꝛ ꝑ volatū virtutum habeam⁹ iter tutū transeundo ad gaudia paradisi.

¶ Feria sexta.

Gratias tibi agim⁹ omnipotēs deus: qui hodie fecisti iumēta ꝛ reptilia ꝛ bestias terre: ac hominem rectum ad tuam similitudinem dans ei liberū arbitrium ꝛ vniuerse creature dñium. O charissime deus: cuꝫ apud te tm̄ floreant hoīes ꝛ ratione vigeant: da vt oēm bestialitatē ꝛ malum respuam⁹ ꝛ te sūmū bonū eligam⁹.

¶ Sabbato.

Gratias tibi agim⁹ omnipotens deus: vt qui die septimo ab omni opere qđ patraras quieuisti: ꝛ ob hoc ipsum sanctificans eidē benedixisti. O dulcissime deus da nobis in te sūmo bono dulciter quiescere: semperq; laudes tibi reddere: operaq; tua omnia celestia: terrestria ꝛ te creatoꝛē omniū collaudare: ꝛ dignis laudibus semper extollere: qui nos benigne: ꝛ ad salutē nostram fecisti omnia. Amen.

¶ Sequuntur deuotissime oꝛationes ante missam a sacerdote dicēde. Pꝛimo oꝛatio sancti Martini pape ante missam multum vtilis.

O Domine Iesu chꝛiste fili dei viui misere mihi misero peccatoꝛi: ꝛ omnibus seruis tuis qui tibi hodie sacratissimum ac pꝛeciosissimum salutis nostre pꝛecium: pꝛeciosi videlicet coꝛpoꝛis ꝛ sanguinis tui offerunt

sacramentū: & da nobis gratiam & virtutem & fortitudinem immolandi: offerendi ac sumendi hoc sacrum sanctū corpus & sanguinem tuuȝ in fide recta: spe firma: & charitate perfecta: cum augmento humilitatis & patientie: obedientie castitatis ac totius sanctitatis. In honorem & laudeȝ sancte & indiuidue trinitatis: beatissimeq; virginis Marie. In gaudio sāctorum archangelorū & angelorum: patriarcharū prophetarum: apostolorū martyrum: confessorum atq; virginum & omnium sanctorū atq; electorum tuorum iam in eterna patria letantium. Et presta: vt sicut illos iam pleno ac sereno splēdore vultus tui sine defectu satias. Sic nos degentes in hac miseria tua gratia reficias: & eos qui in penis sunt purgatorij ac ibi estuant tua misericordia eripias: & sicut es illis in gaudium: sic nobis huius vitalis sacramēti perceptio sit in subsidiuȝ: & his q in penis sunt in refugium. Miserere igitur clementissime domine Jesu christe per huius viuifici sacramēti virtuteȝ sancte & vniuersalis ecclesie: & omnia mala scilicet hereses: discordias & dissensiones ab ea euelle: errantes q̄ in ea corrige: incredulos ad fidem conuerte scismaticos ad vnitateȝ sancte ecclesie fac redire: & ipsis lumen tue veritatis ostende: peccatoribus veram penitentiaȝ largire: iustos in bono proposito fac perseuerarē: populo christiano miserere: clerū defende. Religiosos i seruitio tuo sancto conseruare dignare: oēsq; laborantes conforta: tristes consolare: infirmis sanitatē corporis & anime restitue: pauperibus ac egētibus oia corporis & anime necessaria tribue: peregrinis & exulantibus cū salute ad propria fac remeare: in periculis aquarū positis ad portū sue voluntatis fac pertingere: p̄gnantibus partuȝ gaudij misericorditer largire. In vinculis & carcerib⁹ detentos absolue: omnibus cū quibus peccauimus: vel quos ad peccādū idurim⁹: & nobis mīficors pater idulge oib⁹ quos cōturbauim⁹: lesimus: scādalizauim⁹: vel defraudauimus tu gratiose creator persolue oib⁹ parentib⁹ amicis & inimicis ꝯfra-

tribus et cōsanguineis famiˇliaribus et bñfactoribus: et quorū vtimur vel vsi sumus elemosynis: omnibusqꝫ pro nobis deū exorantibus: vel orationibus nostris se cōmēdātibus oīa bona tribue: et eos ab omni malo defende: in tuoqꝫ eos seruitio fac pseuerare vsqꝫ in finē. Et post huius cursum miserie ad te qui es vera patria merces pmiū eternū et gloria da puenire. In tribulatiōibus et psecutionibus et tētationib9 ad te clamātes auxiliar. In agone positis de hoc quoqꝫ seculo exituris succurrere: et aīas eorum a faucibus rugientis inimici eripe. Inimicis nostris et nobis verā charitatē largire: oībusqꝫ tuis fidelibus per huius sacramēti virtutē presta subsidiū auxiliū et consolamē. Adhuc in carne psentibus tuā gratiā largiendo futuros tua misericordia pueniēdo. Preteritis vero oībus eternā requiem tribuēdo Deus qui trinus et vnus p cuncta seculorum secula bñdictus. Amē.

¶ Imploratio patronorū.

Et vt efficax mea deprecatio sit: btē Marie sp virginis suffragiū peto: quā tanti meriti eē fecisti: vt prima inter mulieres oēs hoc nouum munus infirmitatis offerret: vt deum virgo pareret: et post partū virgo pmaneret. Assit mihi qso sem per et vbiqꝫ beato et angelorū custodia et pstā vt apud te p me misero peccatore sācto angelorum agmina intercedant. Intercessiones apostolorum ipsorum qui beatissima christi passionis vestigia sūt secuti et ad tantā celsitudinē puenerunt: vt quecūqꝫ ligarent sup terrā: eēnt ligata et in celis: et sedēt sup thronos duodecim iudicātes. xij. tribu isrel. Martyrum preces exposco. qui pro tuo nomīe sanguinem suum non dubitauerūt fundere. et duxerūt animas suas vsqꝫ ad mortē: vt mortis auctorē superarēt Confessorum orationes expostulo: qui bella tētationum pie dum viuerent in catholica fide et hereticorum cōflictiōe diutissima certamina pertulerūt: longiores occultiqꝫ martyrij palmas acceperūt. Subueniat mihi apud misericordiam tuā chorus sctārum vginū tuarum: quarum pncipatū tenet btā vgo maria vbi ipsa cū oībus sanctis in

tercedat: vt ad vitam perue niam sempiternam: te miserante ⁊ donante Qui cum patre ⁊ sancto spiritu viuis ⁊ regnas deus per o.se.se. ⁊c.

¶ Item oratio sancti Ambrosij ante missam.

Summe sacerdos ⁊ vere pontifex: qui te obtulisti deo patri hostiam puram sanctam ⁊ imaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quiqꝫ dedisti nobis carnem tuam ad manducandū ⁊ sanguinē tuum ad bibendū: ⁊ posuisti illud mysteriū in virtute spiritus sancti dicens. Hec quotienscūqꝫ feceritis: in mei memoriā facietis. Rogo p sanguinē tuū p̄ciosum magnuꝫ salutis nostre p̄ciū. Rogo p hanc mirā ⁊ inenarrabilem charitatē: qua nos miseros ⁊ indignos sic amare digna tus es: vt lauares nos a peccatis nostris i sanguine tuo. Doce me indignum seruuꝫ tuum quem etiaꝫ inter cetera dona tua ad officiū sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis: sed sola dignatione misericordie tue. Doce me queso per spiritum sanctum tuum tm̄ tractare mysteriū ea reuerētia ⁊ honore: ea deuotione ⁊ timore quibus oportet ⁊ decet Fac me per gratiā tuaꝫ sem per illud de tanto mysterio credere ⁊ intelligere. sentire ⁊ firmiter tenere: dicere ⁊ cogitare qd̄ tibi placet: ⁊ qd̄ expedit ad salutē anime mee. Intret spiritus tuus bonus in cor meum: qui sonet ibi sine sono ⁊ sine strepitu verbor: loquaẜ oēm veritatem tātoꝝ mysterioꝝ: p̄sun da quippe sūt nimis: ⁊ sacro tecta velamie. p̄pter magnā clemētiaꝫ tuā concede mihi missaruꝫ solēnia puro corde ⁊ mūda mēte celebrare. Libera cor meum ab imūdis ⁊ nephandis a vanis ⁊ noxijs cogitationibus. Muni me bonorum angeloruꝫ pia ⁊ fida custodia: atqꝫ fortissima tutela vt hostes omniuꝫ bonoꝝ confusi discedant p virtutē tanti mysterij. Et p manuꝫ sancti angeli tui repelle a me ⁊ a cūctis seruis tuis dirissimū spirituꝫ supbie ⁊ cenodoxie: inuidie ⁊ blasphemie fornicationis ⁊ imundicie: dubietatis ⁊ diffidentie Confundanẜ q nos p̄sequū tur. pereant illi q p̄dere cuncta festināt. Rex virtutum: amator castitatis: ⁊ itegrita

tis deus celesti roꝛe benedictionis tue extingue in coꝛde meo totū fomitē ardētis libidinis: vt maneat ī me tenoꝛ totius castitatis anime ⁊ coꝛpoꝛis. Moꝛtifica in mēbris meis carnis stimulos. omnesq̧ libidinosas cōmotiones: ⁊ da mihi verā ⁊ perpetuā castitatē cum ceteris donis que tibi placēt in veritate: vt sacrificiū laudis casto coꝛpoꝛe ⁊ mūdo coꝛde valeā tibi offerre. quanta enī contritione coꝛdis ⁊ lachꝛymarū fonte. quanta reuerētia ⁊ tremoꝛe. quanta coꝛpoꝛis castitate ⁊ animi puritate istud diuinum ⁊ celeste sacrificium est celebrandū domine. vbi caro tua ī veritate sumitur: ⁊ sanguis tuus in veritate bibitur. vbi ima sūmis coniūgunt. vbi adest sanctoꝛum angeloꝛū pꝛesentia. vbi tu es sacrificium ⁊ sacerdos mirabiliter ⁊ ineffabiliter. Quis digne hoc potest celebꝛare nisi tu deꝰ omnipotens offerētem feceris dignum? Scio domine ⁊ vere scio: ⁊ idipsū bonitati tue confiteoꝛ: q̄ non sū dignus accedere ad tantum mysterium pꝛopter nimia peccata mea ⁊ infinitas negligētias meas: Sꝫ scio ⁊ veraciter ex toto coꝛde meo credo ⁊ oꝛe cōfiteoꝛ: q̄ tu me potes facere dignū q̄ solus potes facere mūdū de imūdo conceptū semine. solus de indignis dignos: de imūdis mūdos de peccatoꝛibꝰ iustos ⁊ sanctos facis. Per hanc oīpotentiā tuā te rogo cōcede mihi peccatoꝛi hoc celeste sacrificiū celebꝛare cū amoꝛe ⁊ tremoꝛe: cum coꝛdis puritate ⁊ lachꝛimarꝫ fōte cū letitia spūali ⁊ celesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinē btīssime pꝛesentie tue ⁊ excubias scōꝝ angeloꝝ tuoꝝ in circuitu meo. Ego enī memoꝛ venerāde passiōis tue accedo ad altare tuū: lꝫ pctōꝛ: vt offerā tibi sacrificiū qḋ tu instituisti ⁊ offerri p̄cepisti in cōmemoꝛatiōeꝫ tui ꝓ salute nostra. Suscipe ergo illud q̄so sctīssime deꝰ ꝓ ecclīa tua scā ⁊ populo tuo quē redemisti sanguīe tuo. Et q̄m me peccatoꝛē mediū iter te ⁊ eūdeꝫ pplm tuū voluisti: lꝫ ī me boni opis testimoniū nō agnoscas: Officiū saltē dispēsationis credite non recuses: nec p me indignū eoꝝ salutis pereat p̄ciū: ꝓ qbꝰ victima factus salutaris dignatꝰ es eē

redéptio. Profero ergo do-
mine si digneris ꝓpicius in
tueri tribulationes plebiũ:
pericula populorum: capti-
uorum gemitus: miserias or-
phanorum: necessitates pe-
regrinorum: inopiam debi-
lium: desperationes languẽ
tium defectus senũ: suspiria
iuuenũ vota virginũ: lamẽ-
ta viduaꝝ. Tu enim misere
ris oĩuꝫ o dñe ⁊ nihil odisti
eoꝝ q̃ fecisti. Memorare q̃
sit nostra substantia: q̃ꝫ debi
lis: q̃ꝫ fragilis: q̃ꝫ mutabilis:
q̃ꝫ deceptibilis: ⁊ ĩfirma: qr
tu pater noster es: tu deꝰ no
ster es ne irascaris satis: ne-
qꝫ multitudinẽ visceꝝ tuoꝝ
sup nos cõtineas. Non enĩ
in iustificationibus nostris
ꝓsternimus p̃ces ante faciẽ
tuã: sꝫ in miserationibus tu
is multis. Aufer a nobis do
mine cũctas iniquitates no
stras: ⁊ igneꝫ sancti spiritus
ĩn nobis clemẽter accende.
Aufer cor lapideum de car-
ne nostra ⁊ da nobis cor car
neuꝫ: qd̕ te timeat: te amet:
te diligat: te delectetur: te se
quatur: te ꝑfruatur eterna-
liter. Oramus domine cle-
mentiam tuam: vt sereno fa
miliam tuam tui sacri nomi
nis officia prestolanteꝫ aspi-
cere digneris vultu. Et vt
nullius sit irritum votũ: nul
lius vacua supplicatio: tu no
bis preces suggere: quas ip
se audire ꝓpicius ⁊ exaudi-
re digneris. Rogamus eti-
am te pater sancte: ⁊ ꝓ ani-
mabus oĩum fideliuꝫ defun
ctoꝝ vt sit illis salꝰ: sanitas:
gaudium ⁊ refrigeriuꝫ: hoc
magnum pietatis sacramẽ-
tum. Deus meus sit illis ho
die magnum ⁊ plenum con-
uiuium de te pane viuo: qui
de celo descẽdisti: ⁊ dans vi
tam mũdo: de tua carne san
cta ⁊ bñdicta. agni videlicꝫ
ĩmaculati: qui tollit peccata
mundi: q̃ de sancto ⁊ glorio
so vtero btẽ virginis Ma-
rie ẽ assũpta: ⁊ de spiritu san
cto concepta. De illo inquã
fonte pietatis qui ꝑ lanceaꝫ
militis ex tuo sanctissimo la
terẽ feliciter emanauit: vt ex
inde sanati: refrigerati: refe
cti: cõsolati: exultẽt in laude
⁊ gloria tua. Peto clemẽtiã
tuam deus: vt descẽdat sup
illud plẽitudo tue bñdictio-
nis: ⁊ sctificatio tue diuinita
tis. Descẽdat etiam dñe illa
scti spũs tui ĩcõprehẽsibilis
inuisibilisqꝫ maiestas: sicut
quondã in patrũ hostias de
scẽdebat. Et oblationes no-

strās corpus ⁊ sanguinē tuum efficiat: ⁊ me indignū sacerdotē tuū doceat tm̄ tractare mysteriū cum cordis puritate ⁊ lachrymarū deuotione: cū reuerētia ⁊ tremore: ita vt placite ⁊ benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis ad salutē omnium tam viuorū q̄m mortuorum. Rogo te domine p sacrosanctum mysteriū corporis ⁊ sanguinis tui: quo quotidie in ecclesia tua pascimur abluimur ⁊ sanctificamur ⁊ potamur: atq; vnius sūmeq; diuinitatis participes efficimur. Da mihi virtutes tuas sanctas qbus repletus bona consciētia ad altare tuum accedam: ita vt hec celestia sacramenta efficiant mihi salus ⁊ vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto ⁊ benedicto. Panis quē ego dabo caro mea ē pro mundi vita. Si quis mādučauerit ex hoc pane viuet in eternū. Panis dulcissime sana palatum cordis mei: vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana illud ab omni langore: vt nullū preter te querat amorem: nullam preter te amet pulchritudinē. Panis cādidissime habens oē delectamentū ⁊ oīs suauitatis odorē: q nos de te semp reficis ⁊ in te nunq̄ deficis: comedat te cor meum: ⁊ dulcedine saporis tui repleantur viscera aīe mee. Mādučat te angelus pleno ore in patria. Manducet te pegrinus homo pro modulo suo: ne deficere possit in via tali recreatus viatico. Panis sācte: panis viue: panis pulcher: panis munde: qui descendisti de celo: ⁊ das vitam mūdo. Ueni in cor meū: ⁊ munda me ab omnibus inquinamētis carnis ⁊ spūs: intra ī animam meā: sana ⁊ sanctifica me iterius ⁊ exterius. Esto tu tamē ⁊ continua salus corporis ⁊ anime mee: repelle a me insidiātes mihi hostes. recedāt procul a potētia maiestatis tue: vt foris ⁊ intus munitus per te recto tramite ad regnū tuum pueniam vbi nō in mysterijs sicut in hoc tempore agitur. sed facie ad faciem te videbimus cum tradideris regnū deo patri ⁊ de⁹eris omnia in omnibus. Tu enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neq; esuriam neq; sitiam in eternum. Amen.

¶ Itē alia orō añ missam.

Maiestatem tuam totis viribus deus piissime humili prece deposco et exoro: vt remittas crimina que caro fragilis a tentatione iniquorum spirituum nequiter admisit: et iam reuerti ad ea non sinas vltra sed confirma me in iustificationibus tuis. perseuerantiam mihi tribue in illis: et fac me dignum ante conspectum maiestatis tue astare: et sacrificium tibi domine casto corpore et mundo corde digne offerre.

¶ Item alia oratio.

